TRACTATIO SYNOPTICA,

De VUI 11 - ...

VUI·11-...

JURE AURIGARUM CIRCA CONTRACTUS, ET QUÆ AD ILLORUM SECURITATEM ET INDEMNITATEM SPECTANT, &c.

Quam,

SUMMO NUMINE AUXILIANTE,

Ex

Ampliſſimi JCtorum Ordini ,

in alma hac EBERHARDINA

Decreto,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA ... EMANUELE

PRÆSIDE,

DN. FERDINAND-CHRISTO ... ORO

HARPPRECHTO, U. J. D. Pandectarum & P ... P.P.

Conſiliario Würtembergico, & Supremi Dicaſteri

Aſſeſſore,

Pro LICENTIA

SUPREMOS IN UTROQUE JURE HONORES, IMMUNITATES ET PRIVILEGIA LEGITIME CONSEQUENDI,

Ad diem Februar.

Horis conſuetis,

IN AULA NOVA,

Solenni Eruditorum Examini ſiſtit

JOHANN-ERHARDUS ... Stutgardianus.

... UBI ...

Literis VIDUÆ MA ...

Anno

SERENISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
D MINO.
EBERHARDO. LUDOVICO
DUCI.
WIRTEMBERGIÆ. ET. TECCIÆ.
COMITI. MONTISPELIGARDI.
DYNASTÆ. HEIDENHEMII.
ETC. ETC.

Cœli. Depoſito.
Themidis. Præſidio.
Muſarum. Ornamento.
Charitum. non. minus. quàm. Charitinorum Deliciæ.
Civium. Solatio.
Subditorum. Voto.
Poſteritatis. Argumento.
Tot. Inclutorum. Heroum. Hæredi. PHœ
Majoribus. decoro, Majorum. decori. axeos

Qui
Florem. ætatis. Virtutum. Principe. dignarum. floribus. exornavit.

Et.
Wirtembergico - Tecciaci. Stemmatis.
Anteceſſores.
EBERHARDUM. PROBUM.
ULRICUM. FORTEM.
CHRISTOPHORUM. PIUM.
LUDOVICUM. PACIFICUM.
FRIDERICUM. MAGNANIMUM.
JOHAN. FRIDERICUM. MITEM.
EBERHARDUM. GENEROSUM.
WILH. LUDOV. GRATIOSUM.

Quorum. nomina. cum. virtutum. Æ, gn [illegible] orbi. nota.
Divinâ. quâdam. indolis. [illegible] dine.
In. Gloriæ, Theatro, lætis. [illegible] ſiſtit,

M, DC, XCIII, [illegible]

DUM.

SACRÆ. CÆS. MAJESTATIS.

LEOPOLDI. MAGNI.

Auſpiciis.
Inter. fauſta. cœli. arridentis. auguria.
Et.
Applaudentis. Patriæ. Syncharmata.
Regiminis. clavum. capeſſit.
Has. Theſes. Inaugurales.
Devotiſſimi. cultus. Obſides.
Decenti. veneratione. debitâque. ſubmiſſione.
conſecrat.
Et.

TANTO. PRINCIPI.

Radianti. Principum. Sideri.
Vitam. prolixam.
Regimen. Securum.
Valetudinem. inconcuſſam.
Fortunam. obſequentem.
Sepoſito. Martis. metu. ac. motu.
Profligatis. Bellonæ. turbis. &. turbinibus.
Adſpirantes. Secundos. Auſtros.
Faventes. Zephyros.
Temporum. tranquillitatem.
Pacis. Serenitatem.
Perpetua. ditionum. Halcyonia.
Imò
Fata. votis: omnibus. feliciora.
Devotis. optat. votis.

Subjectiſſimus Cliens,

JOHANN. ERHARDUS Schnepff.

v. 12.

DOMINUS [illegible] noſtri, & benedicat nobis!

Quod C[illegible] acitus, prudentiâ & judiciô, judice Ipſio, [illegible] latinos Scriptores primus, Oratori commendat, ut ille, ceu locuples Paterfamiliâs, non ſaltem eo tegatur tecto, quod imbrem ac ventum arceat; ſed quod etiam viſum ac oculos oblectet, non eâ ſolùm ſupellectile inſtructus, quæ neceſſariis ſufficiat uſibus; ſed & aurum & gemmas, quas ſumere in manus & adſpicere ſæpiùs liceat, in ſuo habens apparatu; idem ut modò mihi, dùm hanc, necdùm à quoquam adornatam, de JURE AURIGARUM, tractati[illegible]m adorno, imitari liceret, haud poſtrema profectò votorum eſt por[illegible]. Sed dùm temporum, in quæ Deus, juſtus criminum vindex, nos modò deturbat, miſeranda conditio hujus voti me reum haud indulgeat fieri; TE, benevole Lector, ut hâc ſaltem cœnulâ mecum utaris; ſin his meliores Tibi ſuppetant herbæ, me utaris convivâ, decenter contendo. DEUS ſuâ nos gratiâ & nunc, & impoſterum tegat, regat, obumbret!

CAPUT I.

Neceſſaria Iuris Aurigarum Præcognita intimans.

I. **D**E Jure Aurigarum diſſertaturi, de voce Jus, plura hîc præmonere operæ pretium non ducimus, ne quis illud πλυθρύλητον: Cui non dictus Hylas puer? jure nobis objiciat. Vid. *L. penult. ibiq.* Ddres, *de I. & I.* Eckolt. *ad eund. tit. th. 16.* C. J. A. *ibid. th 5.* Dn. Rebhan. *in Hodeg. jur. chart. 2. clim. 1 th. 8.* Addat. Wilhelm. Grotius, *in Enchirid. cap. 1.* Strauch. *diſſert. Juſtin. 1. ἀφ. 1.*

II. Auriga, Calepino, aliiſque Lexicographis, ab aureis ſeu loris, circa equi jugalis aures religari conſuetis, agendis, hoc nomen traxiſſe exiſtimatur. *in voc. Auriga.* In vernaculâ ein Fuhrmann; Gallis Charretier, Voiturier & Roulier; Latinis, ultra illud vulgatum nomen, etiam Plauſtrarius, *l. 27. §. 33. ad L. Aquil.* Gloſſa ad *l. 5. ad exhib.* Vector, Gloſſa, *ibid.* Vecturalis; Molignat. *de Retent. Q. 47. & 329.* Petr. de Ubaldis, *tr. de duob. fratr. Q. 27. n. 28.* Carrucharius, *L. 13. princ. locat.* Gothofred. *ad L. 11. §. 3. lit. a. ff. locat.* Vid. Marc. Ant. Surgens, *in Neap. illuſtr. l. 1. c. 20. n.* [illegible] aliiſq; prætereà nominibus ſalutatur. Per metaph. Aurig[illegible] nomen etiam ad a[illegible]ia ſublimior referri, patet ex illo Latini Interpr. *2. Reg. 2. v. 12.* Quo in ſenſu quoque Bartolus JCtor. auriga audit, ap. Pantſchm. *l. 1. Q 7. num. 36.* & Andræas de Iſernia, Feudiſtarum auriga, apud Weſembec. *cons. 316. num. 70.*

III. [illegible]

III. Per Jus verò Aurigarum nih[...] indigitatur, quàm id, quod in LLb. & Superiorum cò[...]us de Aurigis diſponitur; Sive quod, circa illos, eorumq[...] juſtum & injuſtum eſt.

IV. Cùm verò hoc Jus circa varia verſet[...] [...]licet non ſolùm circa Contractus; ſed & circa Delicta, item Succeſſiones, & ſic deinceps, nobis verò hâc vice non omnia exequi integrum ſit; è re viſum fuit, hanc, quam modò adornamus, de J. A. circa Contractus diſquiſitionem, ad certa capita, quorũ Primum circa veros & quaſi Contractus; Secundum circa Culpam in rebus alìorſum transportandis præſtandam; nec non Damnũ, à Caſibus fortuitis profectum; Tertium circa ea, quæ tùm illorum, qui contrahunt cum Aurigis, tùm ipſorum Aurigarum Securitatem concernu[...], & quæ huc porrò referri merentur, ſit occupatum, totam iſtam ſyno[...]ſam tractationem reducere.

CAPUT II.

De veris & quaſi Contractibus, qui cum Aurigis frequentius celebrari ſolent.

De Commodato.

IV. Cajus, locuples Auriga, ob præſentis funeſtiſſimi belli periculum, cum Sempronio paciſcitur, quòd ipſe, ad optima & pretioſiora utriusque mobilia, & inprimis utriusque, in *L. 79. §. 1. d. leg. 3.* (Vid. C. J. A. ad *tit. d. pecul. th. 2. n. 3.* Dn. Lauterb. *ibid. n. 1.*) ſic dictum peculium, Ihrer beyder Nothpfenning / per ſuos Miniſtros, equos & currum, abſque ullâ mercede, in ſalvum transferre; Sempronius verò, magnâ apud Senatum munitæ alicujus Civitatis gratiâ pollens, efficere debeat, ut iſta amborum pretioſior ſupellex in optimum & tutiſſimum Civitatis receptaculum recipiatur: Si poſteà Equi & currus Caji, per leviſſimam à Sempronio commiſſam culpam, detrimenti quid capiant, Sempronius ad illud reſarciendum actione commodati pulſari haud poterit, per *l. 18 pr. verſ. At ſi utriusq́; ff. commod.* Mantica, *d. T. & A. C. l. 9. t. 2. n. 4.* D. Lauterb. ad *tit. commod. §. 2. n. 5.* Quodſi dicere malis, hoc negotium in articulum, facio ut facias, incidere, id nobis quidem perindè erit: Sed tamen nec hoc illam mediæ diligentiæ præſtationem augebit, per regulam *L. 10. §. 1. ff. commod. L. 5. §. 2. L. 17 ff. de praſcr. verb.* & doctrinam Lauterb. in *tr. ſynopt. d. contract. innominat. regular. n. 35.* Vinn. ad *§. 2. n. 12. I. quib. mod. re contr. O.*

De Depoſito.

V. Sempronius ſuas Merces Franco[...]ttum vehendas Aurigæ com[m]ittit, hic merces in Octavii horreo deponit, eâ lege, ut illæ Sempronio, ſuo Domino, reſtituantur; hic quin Sempronio utilis depoſiti Actio competat, dubitare nos non ſinit *L. 8. C. ad exhib. ibiq́;* à Brunnem. & Ddb. no[...] *4.* Vid. Bachov. ad *Tr. 1. D. 26. th. 5. lit. C.* Pichard. ad *§. 21. d. action.*

Q. 20. n. 10. D. Laut[illegible] *n. 2.* Et licet Auriga hanc Legem de Mercibus, Semp[illegible], reſtituendis haud adjecerit, & dubium ſit, quænam [illegible] eo ad Sempronium pertineant? tamen hic nihilominus [illegible] Aurigam, qui merces depoſuit, vel, illô mortuô, contra ejus [illegible], actione locati, tùm, ſi nullus Aurigæ hæres ſuperſit, contra Dominum horrei, qui utique merces, ceu depoſitarius, naturaliter poſſidet, vel ſaltem easdem exhibendi facultatem habet, ad exhibendum agere poteſt. tx. expr. in *L. 5. pr. ad exhib.* ad quam videſis Gloſſam, C. J. A. ad *d. tit. th. 5.* Brunnemann. ad *d. l. n. 1.*

De Mandato.

VI. Octavius, benè meritus de Aurigâ amicus, amicè eum rogitat, ut ſuam Pecuniam, in futuras neceſſitates repoſitam, in locum tutiorem, in quem alias quoque res transportare paratus eſt, ſimul transportet; Auriga, memor multiplicis ab illo acceptæ amicitiæ, gratus & gratis [illegible]nem fidem & induſtriam in hoc pollicetur; ſed deindè hanc pecuniam, vulgari ſolummodò ſacco incluſam, unà cum Curru & cæteris rebus, novitio famulo, cujus fides & probitas ei hactenus necdùm comprobata, committit; Pecuniâ Octavii furtim ablatâ, dubitandum non eſt, quin Auriga, directâ mandati actione, ad hoc damnum refundendum pulſari valeat; prout bene & plenè hoc exequitur Sixtinus, *in conſſ. Marp. vol. 2. conſ. 20. per tot.*

De Societate.

VII. Titius & Gajus, lucri in commune faciendi causâ, communem vecturam ſeu vecturalem ſocietatem, ein gemeinſchafftliches/ in zweyen Zügen/ ſeu duabus Quadrigis, vel ſaltem in unâ, ſic ut quilibet Auriga Bigam conferat, (jung. Dn. Prof. Heber, *in diſſ. de Quadriga, ſpat. 6.*) beſtehendes Fuhrwerck/ exercentes, in publicâ viâ inſultati, cùm equos utriq; plauſtro junctos abducere haud poſſent, unius ſaltem plauſtri Quadrigam abducunt; mota inter ipſos Lis: Utrum ille, cujus equi à prædonibus ablati, hoc damnum ſolus ſuſtinere teneatur? ità decidenda venit, ut quilibet hoc damnum pro ratâ ſubeat. Tametſi enim in talibus caſibus Quadrigarum vel equorum proprietas haud communicetur, adeoque cuilibet ſua Quadriga vel Equus pereat: Tamen ille, cui ſua Quadriga ablata, judicio pro ſocio indemnis præſtari debet; eo quòd, ſicut lucrum, ità etiam damnum commune eſſe debeat, quod ſine alterius ſocii culpâ contingit. *l. 52. §. 4. inf. ff. pro ſoc.* Id quod non ſaltem in rebus communibus; *l. 58. pr. & §. 1. ff. d. t.* ſed etiam in rebus unius ſocii propriis obtinet, ſi modò illas propter ſocietatem in itinere habuerit, atque ita, ipſius ſocietatis causâ, caſu amiſerit.
220 *d. l. 52. §. 4. l. 60. §. 1.* junctâ *l. 61. ff. d. t.* Mudæus, ad *d. l. 52. §. 4. n. 2.* & *d. l. 58. pr. n. 3. d. t.* Mantica, *d. T. & A. C. l. 6. t. 21. n. 14.* Molina, *d. J. & J. T. 2.* 549. *n. 9.* Tulden. ad *tit. C. d. mandat. n. 8.* Brunnnem. ad *d. l. 52. num. 9.* & ad *l. 61. n. 1. ff. d. t.* Dn. Lauterb. ad *eund. tit. §. 11. n. 3.* Videat. in terminis de tali Vecturæ ſocietate Dn. Heber, *d. ſpat. 6.* ubi plura de illa videri poſſunt.

De Locatione

VIII. Auriga promittens, ſe c[illegible] d, in caſu contradictionis, omninò probandum. Aldovi[illegible] 20. De caſu, quò Dies non fuit definitus, conſulatur Idem,[illegible] Sed &, ſi Auriga poſt Feſtum Paſcharos ſe merces transvecturum [illegible] ferit, quid tunc, ut ipſe Moræ reus dici poſſit, neceſſarium ſit? eleganter excuſſit Petr. de Ubald. *tr. d. duob. fratr. p. 8. Q. 27. n. 28.)* cum ſuo vehiculo præſentem futurum, & pro certâ mercede, e. gr. in ſingula centena trium florenorum, meliora Octavii ſupellectilia, Norimbergam vecturum, ſic, ut contractus Locat. conductionis inter ipſos perfectus ſit: (Secus etenim eſt, ſi ſaltem pactum hujus contractus præparatorium inter ipſos ſit initum, jx. latè & in terminis firmata à Surdo, *conſ. 12. num. 1. & 10.* Addat. excellentiſſ. Dn. D. Graſſus, Patronus & Præceptor meus devenerandus, in diſp. de pacto futuri contractus præparatorio, *th. 25.* Et propterea Octavius contractûs hujus perfectionem, in caſu contradictionis, probare teneretur. An autem hic etiam juramento ſuppletorio locus ſit? vide ap. laudat. Surdum, *n. 11. & 55.)* ſi ille deinçeps dicto die non veniat, & fidem contractus, ut decebat, haud impleat, ac propterea res Octavii præda Hoſtium fiant: Auriga ad omne illud damnum refundendum Octavio tenebitur, Statuta Mindenſia, *l. 1. tit. 8. art. 1. ibiq.* Cruſ. prolixè Aldovin. *d. conſ. 19. n. 1. & ſeqq.* ob moram videlicet, in quâ Auriga, qui die præſcripto iter non fecit, regulariter conſtituitur; Petr. de Ubald. *d. tr. de duob. fratr. 8. part. princip. Q. 27.* Aldovin. *d. l. n. 21.* quæ quoties caſum fortuitum præcedit, regulariter illius, qui eandem commiſit, obligationem perpetuat. *l. 23. de verb. oblig. L. 12. §. 3. depos. l. 8. §. 6. de prec. c. un. X. de comod.* Vinn. *ad §. 2. n. 6. I. qb. m. re contr. O.* Dn. Lauterb. *ad tit. locat. §. 3. n. 8.* & ad *tit. commod. §. 4. n. 10.* Si verò Auriga vel caſum fortuitum, quô ipſe præpeditus convento die adeſſe haud potuit, probare queat; ex. gr. quòd ob impetum Aquarum, aut nimios imbres, aut quod tempus aliàs profectioni adverſum eſſet, iter ingredi haud potuerit, Vid. Sebaſt. Medices, *d. caſib. fortuit. p. 1. Q. 4. n. 20.* Petr. de Ubald. *d. Q. 27. n. 28. in f.* Aldovin. *d. l. n. 47. & ſeqq.* vel præter opinionem à ſuo Magiſtratu ad præſtandas Angarias, aut alia de causâ detentus fuerit, jung. Marquard. *de jur. mercat. l. 2. c. 10. n. 29.* vel, licet adveniſſet, propter celeritatem adventus hoſtilis res tamen periiſſent, jung. *L. 14. §. 1. ff. depos.* Bachov. *ad Tr. 2. D. 3. th. 8. lit. a.* & *b.* Dn. Lauterb. *d. § 4. n. 10* Mantica, *d. T. & A. C. lib. 10. t. 9. n. 3.* ille utique abſolvendus erit, in terminis Signorol. de Homodeis, *cons. 195.* & cum illo Cardin. Tuſchus, *in concl. pract. lit. V. voc. Vecturalis concl. 35.* Idemque multò magis & tunc dicendum, ſi per ipſum Vecturæ conductorem ſteterit, dùm ipſe v. gr. Dolia ad ulteriorem fluminis ripam non trajecerit, quæ tamen ex Lege conventionis

ipſe

ipſe prius eò trance[...] [...]ùs Auriga convento die iter ingredi potuerit; Aldorin. [...] vel ſi quis ſuas Res ad certum tempus vehiculo ſe impoſit[...] [...]rerit, nec tamen hoc fecerit; quô in caſu Aurigæ etiam illud [...] diſpendium reſarciri æquiſſimum eſt, per tradita Marquardi, *d. jur. mercator. l. 2. cap. 10. n. 22.*

IX. Mercator, vel alius, Aurigæ, ſuas Merces, ciſtam, valiſiam, ſine ſpecificâ ſolvendæ Mercis determinatione, Lipſiam vehendas tradit: Hic, tametſi dubitari poſſit, utrum Actioni locati-conducti, quæ talibus in caſibus, ſi ſcil. Aurigæ, ciſtæ vel aliæ res, ad certum locum transvehendæ, pro certâ Mercede fuerint traditæ, aliàs locum habet; *l. 25. §. 7. l. 60. §. 8.* ibi: *Vehiculum conduxiſti, ut onus tuum portaret, & ſecum iter faceret. ff. locat.* locus pariter pateat? eò quòd, ubi nulla ab initio merces eſt conſtituta, locatio conductio haud poſſit intelligi: §. *fin. I. de mandat. §. . I. de locat.* Si tn. v. g. inter illos convenerit, daß die auffgegebene Güter allererſt zu Leipzig gewogen/ und/ ſo viel die Fracht hält/ dem Fuhrmann bezahlt werden ſolle/ nulli equidem dubitamus, quin dicta Actio locum ſortiatur; cùm utique mercatoribus & Aurigis haud ignotum ſit, wie hoch die Fracht zu Leipzig ſey/ ſicut proinde, cùm publicâ Lege Merces determinetur, ſpeciali contrahentium determinatione haud ſit opus. Vid. omninò Frantzk. *ad tit. ff. locat. n. 72. & 73.* Gomez. *2. var. reſol. 3. n. 3.* Et ſic quoque, in caſu tali ſibi propoſito, Ampliſs. Fac. An. 1670. pronuntiavit. Si tamen omnino ſuſtinere quis velit, quòd tali in caſu contractus innominatus, facio ut des, ſit celebratus; parum tamen diſcriminis, etiam circa culpæ præſtationem, inter Actionem præſcr. verb. ex hoc articulo, & Locati cond. Actionem intercedet. Vid. *L. 5. §. 17. L. 1. §. 2. ff. de præſcr. verb. L. 10. §. 1. commod.*

X. Plauſtrarius, cùm ipſius, quam habet, Quadriga transvehendis in Helvetiam frumentis haud ſufficeret, duos alios à Titio equos conducit, quos ſuis adjungit; Sed cùm alter illorum in itinere ad laborem inutilis redderetur, eundem in Hoſpitio relinquere cogitur; Caupo magnas in illum à ſe factas expenſas à Plauſtrario actione Mandati conſequitur. Has Plauſtrarius non ſaltem à Titio haudquaquam repetere poterit; verùm etiam Titio id omne, quod ejus, ex hac cauſâ, intereſt, præſtare tenetur: utique ſi Titius probare poſſit, Plauſtrarii culpam caſum illum præceſſiſſe; v. c. quòd equus, eo pacto, à ſe locatus fuerit, ut ipſe ſaltem 4. milliaria quovis die conficeret, &, confectis horum ſex, equus inde defecerit; vel ex nimio onere, quo plauſtrum oneratum fuit; vel quòd nimiùm ſerò equo Medicamenta fuerint adhibita, in terminis Baldus, *lib. 2. conſ. 404.* Alexand. *lib. 7. conſ. 183. num. 5.* Cardinal. Tuſchus, *cit. loc. concl. 30.* Addat. Franc. Niger Cyriac. *contr. for. 459. num. 15.* Lugo, *d. J. & J.*

D. 29. ſect. 4. num. 65. Molina, *D* [illegible] *tit. locati §. 3. thes. 8. & 9.* & quæ de talibus habe[illegible] *§. & 6. in fin.* Marius Muta, *in Decc. Panorm. c. 74. n.* [illegible] ſi vero econtrà probari haud poſſit, quòd equus ab aurigâ ad vect[illegible] ex aliqua Aurigæ culpâ deceſſerit; ſed, vel ex vitio inveterato, [illegible] ſi Titius illius probè gnarus id non indicaverit; jungat. Hippol. Bonacoſſa, *tr. d. equis, Q. 94.* Bonacina, *d. contract. D. 3. Q. 7. puncto 2. n. 4.* Dn. Lauterb. *ad tit. locat. §. 2. th. 17.* vel ex aliquo Caſu, v. gr. quòd in ſtabulo à Vipera admorſus, & ſic deinceps, Cauponi quidem diligenter commendatus; ſed tamen nihilominùs mortuus fuerit, tunc Auriga haud dubiè non ſolùm abſolvendus erit, juxta ea, quæ ex Baldo, Arnono, & all. in individuo docet Beſold. *in conſ. Tubing. part. 3. conſ. 120.* ſed & fundatam ad Expenſas illas repetendas actionem habebit; jx. ea, quæ [illegible]dit Lugo, *d. J. & J. D. 29. S. 4. n. 67. in fin.* Molina, *de J. & J. & tr. 2. D. 496. num. 7. in fin.* D. Lauterb. *d. §. 2. th. 18.*

IX. Tametſi Aurigæ, dum in viâ conſtitutus eſt, ſuus Currus frangatur, ſeu ex eo, quòd illum plus juſto oneraverit, ſeu ex aliâ ratione, vel eidem ſuum plauſtrum unà cum equis à prædonibus vel hoſtibus violenter auferatur; tamen is, qui ipſius operam conduxit, ad hoc damnum, partim caſuale, partim verò cum propriâ ipſius Aurigæ culpâ conjunctum, nec ex minimâ particulâ refundendum tenetur, per reg. *L. 23. de R. J. L. 6. C. de pignor. act. L. 203. d. R. J.* Nam & ſi Faber incudem ſuam vel malleum fregerit; hoc tamen ei, qui operas conduxit, haud imputatur; *L. 2. §. 1.* ibique Peckius & Vinn. *lit. e. pag. 209. d. L. Rhod. d.* [illegible] Lauterb. *ad h. tit. de L. Rhod. th. 11.* Richt. *Dec. 81. n. 21.* & in term[illegible] [illegible]oſtalius, *ad l. 2. de L. Rhod.* Planè ſi ille, qui Operas Aurigæ, ad merces ſuas transvehendas, conduxit, ipſe caſus fortuitos in ſeſe receperit, hätte vor die Pferdt gut geſprochen/ tunc, ſi nulla, quæ caſum fortuitum præce[illegible]rit, culpa contra Aurigam probari queat, jungat. Cz. *2. C. 26. Dec. 19.* Gomez. *V. R. tom. 2. c. 3. n. f.* Lugo, *de J. & J. D. 29. ſect. 4. n. 66. in f.* Lauterb. *ad tit. locat. th. ult.* ille utique ad hujus, tametſi caſualis, Damni refuſionem Aurigæ tenebitur; per *L. 9. §. 2. ff. locat.* & doctrinam Carpzovii, *2. C. 37. D. 17. n. 3.* junct. *ibi praec.*

XII. Sed & utrum Vecturæ Conductor, in hac quoque ſpecie, caſus fortuitos in ſe recepiſſe, & ad Damni indè dati refuſionem ſe Aurigæ obligare voluiſſe cenſendus ſit, ſi v. g. Mercator ſuas Merces per loca non adeò tuta transvehendas eidem commiſerit, adjectis his verbis: Es ſeye in der ganzen Marggraffſchafft ſo ſicher/ als in ſeinem Haus: Ich verſichere/ daß kein Kayſerlicher Soldat vorhanden: item, daß Er ihnen Fuhrleuten genugſame Convoy verſchaffen wolle? Anno 1641. inter Aurigas Baſileenſes, & quendam Mercatorem, qui Vecturâ

ipſo-

ipſorum in Vino per natum tranſportando uſus fuit, operoſè diſceptatum fuit. m Mercator huic poſteriori membro, von Verſchaffung ein n Convoy ſatisfeciſſet, indeme Er den Fuhrleuten zwantzig S nd drey Feurröhrer/ ohne andere wöhrhaffte Männer/ angeordnet/ de cætero à Dominis JCtis Argentoratenſ. prolixè deductum fuit, in primo & ſecundo membro obvia verba, ad hoc, ut Mercator caſum fortuitum in ſe recepiſſe videri poſſit, ceu ſolùm jactatoria & ad operas locandas invitatoria; non verò promiſſoria vel obligatoria, haud ſufficere, tùm arg. *L. 19. §. 1. 2. & 3. ff. d. Ædil. Edict.* tùm quòd nullum ſpeciale pactum, per quod ordinaria Locationis Natura, in ſolâ culpæ levis præſtatione conſiſtens, alterata dici poſſit, ex illis verbis extundi queat, adjunctâ regulâ *Leg. 23.* ibi: *Niſi ſi quid nominatim convenit, vel plus vel minus. d. R. J.* & doctrinâ Pantſchm. *pr. Qq. l. 1. Q. 6. n. 42.* tùm quòd è contrà periculum caſuale, in dubio, nemo in ſe recepiſſe cenſeri debeat; ſed expreſſa ad hoc requiratur Conventio; tùm quòd denique illô tempore tales deprædationes in publicâ viâ valdè fuerint frequentes; & vix duodecendio ante hoc damnum ab Aurigis acceptum, in ipſo illo loco, in quo illi ſuis equis ſpoliati fuere, etiam duobus Centurionibus, zweyen Obriſten/ idem acciderit, ut propterea Aurigæ hunc caſum facilè prævidere, & ob id tantò magis ſpecialem & expreſſam ſuæ indemnitatis promiſſionem urgere debuiſſent: Dùm verò id non fecerunt, ex eo habeant, quod ſibi imputent, per *l. 9. §. 1.* ibi: *Quia hoc evenire poſſe proſpicere debuit. l. 27. pr. locat. l. 13. §. 6.* ibi: *Habeant, quod imputent. ff. d. damn. inf.* (Addant. quæ tradit Dn. Lauterb. in *tr. ſynopt.* *locat. §. 1. thes. 24.* & in terminis terminantibus prolixè ſtabilit Jo ſ. Surdus, *conſ. 61. num. 9. & 73. in f.*) tum quòd is, qui periculum in l. one ſimpliciter recipit, ad ſolam leviſſimam Culpam; non verò ad Caſum ſe obſtringere videatur, per *l. 3. ibiq.* Gothofr. (Addat. Brunn. *n. 2.* Pantſchmann. *pr. Qq. l. 1. Q. 6. n. 46.* & quæ de his docet Dn. Lauterb. in *tr. S tit. Comm. §. 4. n. 11. in fin.*) *ff. locat.* tùm quòd verbum, ich verſichere/ in communi & extrajudiciali uſu, calorem potius ad contrahendum invitantis quam aſſecurationem denotet, æquè ac illa Gallica formula: je vous aſſeure; & quæ plura hanc in rem doctiſſime deducta videri poſſunt ap. Beſold. *in Thes. pract. voc.* Landsknecht. Vide tamen quæ Ddr. in ſimili, de eo, qui alium, ad ſua negotia expedienda, per loca hoſtibus infeſta mittit, paſſim inculcant; inprimis Tulden. in *Cod. t. d. mandat. n. 5.* Moz. *de contract. tit. de Mandato, cap. de natural. mandat. n. 25.* Natta, *l. 1. conſ. 168. nu. 5. & 6.* Hahn. ad Weſemb. *tit. mandat. n. 10. in f.* B. Dn. Lauterbach. *in tract. ſynopt. ejusd. tit. §. 3. th. 3.*

XIII. Auriga tametſi, ut locator operarum, ad hoc obligetur, ut operas

præ-

promiſſas ſedulò & fideliter præſtet; [illegible] ate actione conducti, non magis, quàm alii Facti debito [illegible] præcisè præſtandas, cogi poteſt; arg. *L. 13. §. f. de re jud. L.* [illegible] junctâ *l. 14. & 84. ff. eod.* Vid. Bachov. & Vinn. ad *§. f. I. de V. O.* [illegible] *Decc. Belg. vol. 1. D. 323. n. 2.* & in individuo Aldovinus Aldovinus, *conſ. 19. n. 22.* Et licet Hodiè omnium ferè Locorum moribus promiſſorem ad factum præcisè præſtandum compelli valere, ſcribat Simon à Grœnew. *d. LL. abrog. ad d. l. 13. d. re jud,* atque ità quoque Curiam Mechlinienſem & Senatum Brabantiæ judicâſſe legatur apud Chriſtinæ. *c. l. n. 8.* Idemque de Hiſpaniâ teſtetur Pichard. *in append. ad §. 6. I. de off. jud. c. 12. n. 196.* Tamen iſtud aſſertum non ubique obtinere, vel ſolum Jus Prov. Würtemb. evincit, in *p. 2. t. 17. §. f.* Dn. Lauterb. *concl. for. Ex. 8. concl. 8.* Quibus convenienter nec de Aurigis aliud, apud nos quoque, dicendum venit. Si tamen, imminente extremò & ſummò ab Hoſtibus periculo, Auriga, ſuas operas, in rebus Sempronii, juxta Legem Contractus cum illo celebrati, in Saxoniam transvehendis, præſtare recuſet, illum equidem ad hoc, per Magiſtratum, præcisè compelli poſſe, perſuadere videntur verba finalia *in modò dictô §. f. Juris Provinc.* Addant. quæ itidem in terminis hîc docet Franc. Pfeil. *conſ. 52. n. 5.*

XIV. Si Auriga, citra ſuam Culpam, [illegible] fortuito, v. g. per Hoſtium repentinum adventum, vel improviſ[illegible] ipſum, vel ejus equos invadit, morbum, & ſic deinceps, impediat[illegible] minùs promiſſas à ſe operas Vecturæ incipere poſſit; tamen [illegible] quamvis jamjam conventa, Merces debetur, imò in ant[illegible] [illegible] tàm à Fiſco, quàm ab aliis quibusvis, repetitur. *l. 15. § 6.* [illegible] in terminis Brunnem. *num. 33. ff. locat.* Petrus de Greve, *e*[illegible] *ad ff.* [illegible] Pariformiter ſi Auriga, absque ſuâ culpâ, vecturam jam [illegible] abſolvere impeditus ſit, v. g. ſi, cùm Lipſiam merces ducere vellet, ipſe ob Peſtem in Saxoniâ detectam, vel ob ſummum ab Hoſtibus in viciniâ ſtantibus periculum, Norimbergæ merces illas deponat, tunc ipſe non quidem totam mercedem inter ipſum & conductorem conventam (de quo, in ſimili, contra Hilliger. *in Don. enucl. l. 13. c. 9. lit. B.* & Vaud. *Q. 7.* adeatur Frantzk. ad *tit. locat. num. 192.* poſt Gomez. Surd. Molin. Lauterb. Wiſſenb. Brunn. ad *d. l. 15. num. 38. ff. loc.*) benè tamen promeritam, pro jam præſtitis operis, à Conductore exigere poteſt. arg. *L. 33. & 34. ff. locat.* Videat. in ſimili excellentiß. Dn. Præſes, ad *Jus Marchico-Bad. p. 11. t. 13.* Sed &, ſi Aurigæ, pro mercium Vecturâ, ad certum locum, v. gr. Ulmam, certa Merces promiſſa fuerit, & ipſe proptereà, quòd Hoſtes Ulmæ appropinquarent, à medio itinere, ne merces præſentiſſimo exponeret periculo, Tubingam reverſus ſit, nobis æquum videtur, ut pro modo ab ipſo præſtitarum operarum, boni Viri arbitratu, mer-

ces

tes præſtetur: eò qu[illegible] [illegible]or ejus operâ, ejus equis & vehiculo fuerit uſus, & pot[illegible] [illegible] debeat, quòd non, cum tantô rerum omnium periculo, u[illegible] [illegible], quàm ut aliquam ei culpam adſcribere valeat. Videat. in ſin[illegible] [illegible], *d. contract. D. 3. Q. 7. p. 4. n. 20.* Tulden. *in Cod. tit. de locat. n 8.* [illegible] *de J. & J. tr. 2. D. 502.* Lugo, *de J. & J. D. 29 ſect. 2. n. 34.* Dn. Lauterb. *in Coll. theor. pract. th. 107.* Et tandem ſi Aurigæ pro aliquot porcis alorsùm transvehendis, mercede in ſingula capita promiſsâ, unus vel alter in vehiculo moriatur, tunc ſi quidem Vectura (quo nomine quòd & Merces, pro rebus transvehendis ſolvenda, veniat, diſertè pateſcit ex *l. 15. §. 6. ff. loc. l. f. pr d. L. Rhod. l. 52. §. 15.* ibi: *Carrulorum vecturas. ff. pro ſoc.* Bocer. *p. 1. cl. 2. D. 4. th. 51.*) pro capitibus vehiculo impoſitis promiſſa ſit, illa etiam pro demortuis rectè exigitur; per *l. f. pr. d. L. Rhod.* & *l. 38. ff. locat.* ſi verò pro capitibus ad certum locum deportandis vel deportatis, tunc pro mortuis nihil prætendi poterit, per *d. l. f. ff. d. t.* Facitque *L. 10. pr. ff. de ann. leg.* Deniquè ſi verba dubia ſint, & non conſtet, quid actum ſit, tùm iterum integram Vecturam deberi, ex *d. l. f.* & reg. *L. 39. ff. de pact.* vulgò colligitur. Signorol. de Homod. *conſ. 195. n. 5. & 6.* Tuſchus, *d. lit. V. concluſ. 37.* Vinc. Carocius, *d. locat. & conduct. p. 2. tit. ad L. Rhod. de jactu. pag. m. 154.* Videatur poſt Roman. & Straccham, Brunnemannus, *ad d l. f. n. 1. ff. d. t.*

Quòd ſi verò è converſo Culpâ, primò, Mercatoris, v. gr. quod ipſe illicitis Mercibus, vulgò Contrabandwahren/ (de quibus videat. Dn. Martini, *in diſſ. de mercibus illic[illegible]is.*) vehiculum oneraverit, illud aliquot ſeptimanis, donec ſcil. cauſa commiſſi Mercium determinaretur, cum inſigni Aurigæ periculo & ſumtibus, in medio itinere retentum fuerit, tunc Auriga nihilominùs (niſi Doli ſit particeps; confer. omninò *modo d. Diſſ c. 5. §. 15.*) totam cum Mercatore conventam Mercedem exigere poterit, per *L. 9. §. 1.* & regul. *L. 19. §. 9. L. 38. ff. locat.* juncta *l. 24. d. cond. & dem. l. 161. d. R. I.* Vid. Frantzk. *ad tit. ff. Locati-C. n 160. & ſeq.* Dn. Lauterb. *in coll. th pr. ad tit. locat. th 104. in f.* & *th. 108.* Tulden. *in Cod. eod. tit. n. 8.* Petrus de Greve, *Ex. ad ff. 14. th. 26.* Marquard. *d. jur. mercat. l. 2. cap. 10. n 32* ex Frantzk. Donell. & Wammeſio, Brunnem. *ad d. l. 38. num. 1.* Si autem per culpam Aurigæ contigerit, ut ipſe promiſſas Vecturæ operas, vel omninò non præſtet, vel præſtari inchoatas non ad finem deducat, tunc Mercator contra ipſum ad omne intereſſe pariter paratam Actionem habebit, per doctrinam Lauterbachii, *c. l. th. 109.* Deniq; ſi Auriga Merces tardiùs, quàm conventum erat, in Locum ſibi intimatum deferat, tunc ipſum etiam ad uſuras teneri, ex *L. 17. Cod. d. loc.* in terminis tradit Franciſc. Pſeil, *conſil. 52. n. 5.*

XVI. Si inter Mercatorem & Aurigam convenerit (expreſſo nempe pacto: De Aſſecu[illegible]

pacto: Ex hoc enim ſolo, quòd ab aliorſum transportandæ recipiuntur, tacitum Aſſecuratio- ericuli receptio nec Jure Com. nec noſtris moribus extundi ut An. 1670. d. 16. Dec. ad requiſitionem der Hochgräflichen H en Canzley zu Ortruff/ Bb. Domini Anteceſſ. ſuper factô conſulti reſponderunt. Jungat. Surdus, *cons. 61. n. 36.*) quòd Merces, certô pretiô, vel ab aliis peritis, vel ab ipſis contrahentibus æſtimatæ, pro conſtitutô præmiô (quamvis non ſtatim actualiter ſoluto. Addat. Lugo, *d. J. & J. D. 31. ſect. 7. n. 93.* Dn. Struv. *ex. ad n. 25. th. 48. §. Sed quid ſi. & in Decc. Sabb. c. 16. D. 8.*) periculo Aurigæ, Francofurtum vehi debeant; quod negotium Santerna, *de aſſecurat. p. 1. n. 7.* Burgoldens. *in itinerar. jurid. pag. 242.* Ruland. *d. commiſſ. p. 3. l. 3. c. 15. n. 5.* malè contractum innominatum; malè item Locationem conductionem; Ant. Florent. *de uſur. c. 2. §. 46.* Corrad. *de contract. Q. 71. in pr.* malè Fidejuſſionem, Lopez. *d. contract. l. 2. c. 16.* malè Emtionem, Lugo, *d. l.* Molina, *d. J. & J. tr. 2. D. 507. n. 2.* Giusba, *obs. 73. n. 6.* Santerna, *p. 3. §. 25. & 26.* malè alii Mandatum, vel Societatem, vel Stipulationem appellant, jung. B. Dn. Lauterb. *de jur. in Cur. mercat. uſit. th. 91.* & inprimis Stypmann. *de jur. marit. p. 4. c. 8. n. 21. & ſeqq.* Zoes. *ad tit. ff. pro ſoc. n. 25.* Brandmüller, *in diſſert. de aſſecurat. th. 19. & ſeqq.* tunc ex hoc novo, & Jure quidem civili (de Canonico videat. Dn. Struv. *in Decc. Sabbath. c. 16. D. 5.*) incognito, (vide tamen Loccen. *d. jur. marit. l. 2 c. 5. §. 2.* Burgoldens. *d. l.*) hodie verò receptiſſimo contractu, qui Aſſecuratio Ddbus vocatur, & vel maritima eſt, vel terreſtris; quæ poſterior tamen non tam frequenter celebratur, ut illa: jung. D. Lauterb. *d. l.* Rhetius, *Verſu à, c. 4. th. 3.* Marquard. *l. 2. c. 13. per tot.* Scaccia, *d. commerc. §. 1. Q. 1. n. 408.* Molina, *d. D. 507.* Stypm. *d. p. 4. c. 7. n. 9. & n. 211.* Brandmüller, *d. l. th. 50.* Kirick. *in Diatr. de aſſecurat. pag. 4.* & Grotio contractus averſi periculi, *d. I. B. & P. lib. 2. c. 12. n. 3. inf.* actio naſcitur aſſecuratoria, ſeu averſi periculi, quod mavult Rhetius, quâ primò Mercator adverſus Aurigam, &, ſi horum plures ſint, contra ſingulos in ſolidum; Rota Genuens. *dec. 29.* Burgold. *d. l.* ad æſtimationem mercium aſſecuratarum & ſumptuum præterea à ſe factorum refuſionem, ſi illæ caſu fortuito perierint: Auriga verò, adverſus Mercatorem, vel alium quemlibet Aſſecuratum, ad ſolvendum ſibi præmium, cum eo, quod porrò ex hâc causâ ejus intereſt, experitur. Vid. omninò Dn. Rhetius, *d. D. cap. 4. th. 8.* ubi pluribus edocet, quo tempore aſſecuratus agere poſſit? & quid ad caſum, quo Merces ab Aurigâ aſſecuratæ perierunt, probandum requiratur? Et quòd Aurigâ iſtâ Actione ad promiſſum ſibi præmium & tunc agere valeat, tametſi Merces aſſecuratæ Aurigæ vehiculo haud fuerint impoſitæ, eò quòd hoc illi, qui Aurigæ mentitur, imputari, & Aurigæ nihilominùs hoc ab ipſo ſu-

ſuſcepti periculi p[illegible] m ſit, definit Marquard. *d. jur. mercat. l. 2. c. 13. n. 3. & 4.* [illegible] e in eem videri poſſunt. De eo verò: An Aſſecurator de caſu [illegible] olito teneatur, v. g. ſi Navis, in balænæ molem ſubeund[illegible] dens, impetu vehementiori illiſa, compagibus revulſis, p[illegible] que ſi Currus, mercibus onuſtus, exortâ ſubitâ Ventorum immanitate, de ponte in flumen præcipitetur? Videat. Marquard. *d. jur. mercat. l. 2. c. 13. n. 66.* Dn. Struv. *in Decc. Sabbath. c. 16. Dec. 16.* Sed &: Utrum hîc etiam Benefic. L. 2. C. de R. V. locum obtineat? videat. Santerna, *d. ſponſion. part. 5. n. 2. & 4.* Dn. Stryk *d. jur. Nav. pag. 63. & 64.* contra Stracch. & Ruland. Dn. Struv. *d. c. 16. D. 18.* Addant. plura ap. Loccen. *d. c. 5.* ubi etiam formulam Contractus hujus exhibet; de quo etiam videri poteſt Burgold. *d. l. p. 243.* Cardinal. Lugo, *d. ſect. 7. per t.*

XVII. De quaſi contractu Negotiorum geſtionis hunc ex Beato adducimus caſum: Es hat einer einen Fuhrmann / als er nach Nürnberg fahren wollen / angeſprochen / daß er ihm Pulver mitbringen wolle; welches ihme der Fuhrmann abgeſchlagen mit vermeldung: Er führe weiter / nach Wein. Als aber der Fuhrmann andere Ladung herein bekommen / hat er Pulver herein geſchickt / welches ihme / neben anderer Wahre / unterwegen genommen worden. Qr: Wer den Schaden tragen ſolle? Et R. daß ihn der / ſo den Fuhrmann umb Pulver angeſprochen / dieweil es ihme der Fuhrmann abgeſchlagen / nicht tragen dörffe. An Thomas H. aufm S. *Quam concepi Anno 47. menſ. Jul. & placuit Dn. Loſſelio, & Dn. Schoffelio. Ratio dubitandi erat, an iſte Aurigaæ* tanquam negotiorum geſtor, *poſſet convenire eum, in cujus gratiam pulverem emiſſet?* Hact. Georg Beatus, *in ſentent. Saxon. p. 1. d. Contractib. cap 29.* Ad iſtam verò Decidendi rationem, quæ proximè notata, hoc addendum, quòd ille Auriga, ex quo Mercatori, ſe pulverem nitratum Norimbergâ aſportare nec poſſe, nec velle expreßè dixit, omninò ob id, Mercatorem aliundè de hoc ſibi proviſurum, prudenter cogitare, ac proindè vel maximè dubitare debuerit: An, ſi nihilo ſeciùs pulverem aſportet, ipſe illum accepturus ſit? Et cùm igitur Auriga non tàm in Mercatoris utilitatem, quàm ſui Lucri causâ, damit er ſeine völlige Ladung bekomme / pulverem coëmerit, eô animô; ut illum, refuſô ſibi Preciô, ſuâque Mercede (qualis nulla in negotiorum geſtione intercedit; arg. *L. 1. §. ult. ff. mand. §. fin. J. eod.* juncto *§. 1. d. O. ex. q. cont.* poſt Caroc. Struv. *in Decc. Sabbath. c. 17. D. 27. ibiq;* laudatus Muñoz de Eſcobar.) Mercatori relinquat, ſicq; uno verbo rursùs vendat; quapropter laudatos JCtos non ſine ratione ſic decidiſſe, imprimis evincitur ex regulâ *Leg. 6. § 3. d. N. G.* Imò cùm hóc in caſu coëmtio illa pulveris nitrati non ſit tale negotium, quod vel Proprietate, ſive Dominio, vel (2.) Curâ & ſolicitudine, vel (3.) ipſo Geſtu,

De quaſi contractu Negotiorum geſtionis.

 (dequi-

(de quibus videatur Hilliger, *in Don.* … *17. lit. A.* Bruno … ad *L. 6. n. 1. d. N. G.*) ad illum Mercatorē … ſed tantùm per Rati- habitionem ejus fieri poſſit; ità, ut … ationem prorsùs poſſit contemnere, eandemque haud præcisè … compelli queat; arg. *L. 34. §. 4. d. ſolut. L. 12. C. eod.* & per ea, quæ tradidit B. Dn. D. Bardili, *d. Ratihabit. th. 37. & 47.* & inprimis Herold. *d. Ratificat. p. 299. n. 11.* &ècontrà etiam ipſe Auriga illum pulverem nitratum, ceu, quamdiu Mercator Emtionem non ratificat, ejusdem Dominus, alii pro lubitu vendere poſſit, ità quidem, ut hujusmodi cum alio Emtore celebrata Venditio, Mercatoris illius ratihabitione poſteà ſuperveniente, haud revocetur; arg. *L. 24.* ubi DDr. *ff. d. N. G.* Aymo Cravetta, *conſ. 252. n. 1. & 2.* Struv. *in Decc. Sabb. c. 17. Dec. 22.* Quare tantò magis liquet, caſum illum fortuitum (de quo aliàs conſtat, quòd is non Geſtorem; ſed negotiorum Dominum maneat; Dn. Struv. *d. tr. cap. 17. Dec. 26.*) non ad Mecatorem; ſed Aurigam pertinere.

XVIII. Utrum Aurigæ de rebus in ſuum vehiculum receptis, ex quaſi contractu, de quo *in tit. Nautæ, Caup. & Stabular.* æquè ſcil. ac Nautæ de rebus in Navim receptis teneantur? vel (ſi Actionem contra illos competentem ex quaſi contractu deſcendere neges, jungat. Bachov. ad *l. 1. §. 1. ff. d. t. p. 1292. & 1296.* Dn. Lauterb. in *tr. ſynopt. de N. C. & Stab. pag. 19. & ſeqq.*) Actione de Recepto, æquè ac Nautæ, pulſari queant? quæſtio eſt, quæ ex pluribus magni ponderis argumentis, cum Dominis Ictis Jenenſ. apud Richter. *p. 3. Dec. 141. n. 16.* & Regn. Sixtino, *in conſſ. Marp. 2. conſ. 2. num. 36.* Addat. Mev. ad *Jus Lub. p. 4. t. 3. art. 3. n. 15.* affirmanda videtur; ut videre eſt ap. B. Lauterb. *d. tr. pag. 32. & ſeqq.* ad quem nos remittimus. Nos verò & hîc beatiſſimi Viri negativum ſuffragium ex eo præferimus, quòd Prætor in illo adverſus Nautas propoſito Edicto tantùm de Nautis, Cauponib. & Stabulariis loquatur; de Aurigis verò altum, tùm in illo Edicto, tum in omnibus noſtris libris videamus ſilentium. Undè etiam Ulp. in ſolicitâ Subjecti hoc Edicto notati enodatione, in *l. 1. §. 2.* ibi; *Qui ſunt igitur, qui teneantur? videndum eſt. ff. d. t.* utut etiam lintrarios & Ratium Exercitores ad illud pertinere ſpeciatim definiat; de Aurigis tamen nihil addit. Fruſtra autem Prætor certas perſonas in Edicto ſupra expreſſiſſet, ſi hoc ad alias quoque perſonas, quarum nullam in Edicto mentionem injecit, extendendum putâſſet. Adde, quòd iſta Actio, ſingulari jure, in odium Nautarum, Caup. & Stabb. dum videl. Prætor hoc genus hominum improbitatem reprimere voluit; *l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. d. t.* ſit introducta; Peck. *ad l. 1. §. f. ff. d. t. n. 3.* Maſcard. *de prob. concl. 833. n. 14.* ac proindè ad alios, ſub iſtis nominibus haud comprehenſos, extendi haud poſſit, per notata Barboſæ Loc. *lib. 13. c. 16. ax. 5. & 6.* Add. Vinn. *ad L. 1. §. ait Prætor. d. t. lit. a,* Magon. *Dec. Flor. 111. n. 6.*

De quaſi Contractu, ex quo Nautæ tenentur, an etiam Aurigæ?

Atque

Atque ix. hanc ſent [illegible] ac. hujus Univerſ. non ſaltem d. 16. Dec. An. 1670. an die [illegible] Hohenloiſche Canzley zu Oeringen; ſed & denuò An. 1686. d. 6. [illegible] ſition. Magiſtratus Baſileenſis pronuntiavit. Eandemque ſen[illegible]tiam Dnnis Scabin. Lipſ. probari, eluceſcit ex tradd. B. Carpzov. p. [illegible] 26. D. 19. junctis iis, quæ habet Dn. Lauterb. c. l. pag. 38. Τοῖς ἐναντιοφανέσι ex aſſe ſatisfacit laudatus Dn. Lauterb. c. l.

XIX. Sed quid tamen de hoc, Anno proximè præterlapſo, Dn. Præſidi propoſito caſu ſentiendum? Mercator aliquis in Nundinis conſtitutus, Aurigæ alicujus, qui ſimul Caupo eſt, ob alias Nundinas in viciniâ inſtantes, ad hoc, ut ille ſuas Merces in vicinam illam Urbem propediem transferat, vecturam conducit, ſuasque Merces Ciſtæ incluſas in iſtius Aurigæ Cauponam infert, & per aliquot dies ibidem relinquit. Intereà Milites in urbe hoſpitantes ciſtam illam reſerant; merciumq; præcipuam partem ſuffurantur. Mercator Aurigam, ceu inſimul Cauponem, & ob id ad leviſſimam culpam obſtrictum, judicio pulſat; quæſitum fuit: Num ille, juxta dictum Prætoris Edictum, ad hoc furtum refundendum compelli poſſit? Id quod laudatus Dn. Præſes negativè definire nullus dubitavit, nec ego ullatenus vel propterea dubito, quòd ad hoc, ut Caupones Actione de recepto, ad damnum vel furtum in rebus in Hoſpitium illatis commiſſum reſarciendum conveniri poſſint, certiſſima Edicti diſpoſitio requirat; ut ipſi, quà tales, ſeu tanquam Caupones, aliquid recipiant. Si verò illi extra Cauponæ Exercitium aliquid receperint, tunc illud non ità ſalvum fore promiſiſſe cenſentur; ut omne Damnum in rebus illatis etiam citra ipſorum culpam datum refundere teneantur, neque ipſi ſæpedictæ actioni de Recepto; ſed ordinariis actionibus videl. Locati vel depoſiti, ſubjacent. *L. 3. §. 2.* ibi: *Cauponam ſi extra negotium receperint, non tenebuntur. ff. d. t.* ibique Gloſſa & *Brunnem. n. 6.* poſt Bald. Beck, *ad. d. l. 3. §. miratur. n. 121* Ant. Faber, *in rational. ad eand. l.* C. J. A. *ad d. t. th. 9. inf.* Stamm. *d. ſervit. perſon. l. 2. c. 14. n. 17.* Sicut ergò in caſu, quo Caupo Mercatori, tempore Nundinarum, tabernam vel Cameram, ein Gewölb oder Laden/ quam ſub ſuis ædibus, in quibus Cauponam exercet, habet, pro certâ mercede eo fine locavit, ut ille ſuas Merces ibi venum exponeret, non actio de recepto, ad omne Damnum, etiam citra ejus culpam, ab aliis datum refundendum comparata; ſed tantummodò actio locati-conducti, neque aliter competeret, quàm ſi culpa Cauponis lata vel levis damnum præceſſerit, arg. *d. l. 3. §. 2.* junctâ *l. 5. pr.* ibi: *Caupo Mercedem accipit, ut Viatores in Cauponâ manere patiatur. ff. d.* Dn. Lauterb. *d. tr. th. 25.* ubi pluribus exemplis hunc articulum illuſtrat: Ita etiam in caſu, quo aliquis Mercator, vel ejus Inſtitor, cum Aurigâ nonnunquam cum Caupone contraxit; ſed ejus operam in ſuis, vel ſui Domini

mer-

mercibus aliorſùm transvehendis [illegible] Mercede condu-
xit, ille planè non ex Edicto Prætori [illegible] ctione de recepto, ad
talis Furti reſtitutionem, licet nullâ eju [illegible] actum præceſſiſſe pro-
bari queat; ſed duntaxat actione locati c [illegible] hîc quidem non aliter,
quàm ſi illud furtum, per latam vel levem illi [illegible] pam, commiſſum pro-
betur, efficaciter conveniri poteſt.

CAPUT III.

De Culpâ circa res transvehendas præſtandâ; itemque de Damno caſuali.

De Culpâ ab Aurigis præſtandâ.

XX. Videamus modò de præcipuis Juribus, quæ circa culpam ab Aurigis præſtandam notari merentur; maximè, cùm frequens ſit, ab Aurigis & Vectoribus, tùm iis, qui & quorum Res vehuntur, tùm qui obviam procedunt, damnum inferri. *Mev. ad Jus Lub. p. 1. t. 3. art. 3. num. 1.*

XX. Quantam ergò diligentiam in rebus aliorſùm transportandis ſibi creditis Aurigæ adhibere de jure teneantur? non ſatis eſt obvium. Quòd enim Aurigæ in talibus rebus, quas ipſi ab aliis transportandas conduxerunt, exactiſſimam diligentiam præſtare teneantur, ſicque etiam ad damnum leviſſimâ culpâ datum refundendum conveniri queant, non ſolùm generalitas §. *pen.* in verbis: *Qualem diligentiſſimus paterfamiliàs. I. de locat.* & *L. 28. C.* verùm planè ſpecificus hanc in rem textus in *L. 25. §. 7.* ibi: *Culpa autem abeſt, ſi omnia facta ſunt, quæ* diligentiſſimus quisque *obſervaturus fuiſſet. ff. locat.* evincere videtur: Quam ipſam ſententiam etiam Domini JCti Jenenſes his formalibus comprobârunt: Demnach aber/und dieweil der Fuhrmann ſolch Gut aſſecuriret/auch NB ohne dem/ dahero/ daß er die Güter in ſeine Gewahrſamb geführet / beydes als Fuhrmann/ qui Nautæ hôc in paſſu æquiparatur, und auch als Caupo und Stabularius, ad omnem culpam verbunden iſt/referente Richtero, *d. Dec. 141. n. 16.* Verùm, inſuper his habitis, certiſſimum arbitramur, quòd, ſi quis Vecturam ſeu operam Aurigæ, ad ſuas merces vel alias res aliorſùm vehendas conduxerit, atque ità contractum locat. cond. qualis ſcilicet cum Aurigis, pro certâ mercede res aliorſùm transportandas recipientibus, celebratur, Surd. *conſ. 12. n. 23.* cum Straccha, Cyriac. *contr. for. 166. n. 4.* Actolin. *reſolut. 65. n 32.* JCti Argentorat. ap. Beſold. *in Theſ. pract. voc.* Landsknecht. *pag. nob. 500.* Franc. Pfeil. *conſil. 62. num. 4.* Hillig. *in Don. enucl. l. 13. c. 6 lit. G.* cum illo inierit (Utique enim ſi quis Aurigæ valiſiam vel ciſtam gratis Lipſiam vehendam mandaverit, tunc, ex naturâ contractus Mandati, talem etiam Aurigam ad leviſſimam quoque culpam obſtrictum eſſe, dubitare nos non ſinit *L. 13. L. 21. C. mandat.* & latè firmata à Regnero Sixtino, *in ſuprà*

laudato

laudato conſ. 20. vol. Reſol. for. 64. n. 26. & ... quæ ex Rotâ Rom. adducit Actolin. ... mili, de eo videl. qui ſaccos, in quibus pecunia fuerat, alio ... transferendos accepit, tradit Fachineus, *conſ. 88. n. 6. & 19.* ... ga circa merces illas regulariter tantùm levis culpa præſtanda ... *l. 5. §. 2. ff. commod. l. 3. §. 1. Naut. caup. l. 9. §. 3. l. 11. §. 3. l. 13. §. 1. l. 31. inf. locat.* juncta *L. 25. §. 7.* & *L. 60. §. 7. ff. eod.* plenè Vinnius, ad *§. p. num. 2. l. d. t.* ità, ut, ſi Auriga, in cuſtodiendis & ſolicitè transportandis rebus ſibi commiſſis, eam diligentiam, quam regulariter homines frugi ac diligentes patresfamiliâs in rebus ſuis adhibere ſolent, etiam adhibuerit, ipſe ſuo officio omninò ſatisfecerit. Si verò hanc mediam diligentiam omiſerit, culpæ levis reatum eo ipſo incurrat, adeoque ad damnum illâ culpâ illatum (Jungat. Actolin. *Reſ. 65. n. 24.* Cyriac. *controv. 459. n. 13. & ſeqq.* Thomat. *deciſ. Macerat. 93. n. 3.* Surd. *conſ. 61. n. 18.* Idem, *conſ. 12. n. 20.*) reſarciendum, actione locati pulſari poſſit. arg. *l. 11. de commod. & peric. rei v. l. 35. §. 4. d. contr. emt. l. 14. de pignor. l. 21. ad L. Aquil.* Ubi verò culpa levis à Domino Mercium probari nequit; tùm Auriga haud tenetur; Men. ad *J. L. l. 3. t. 8. art. 16. n. 5.* ex Caroc. Malvaſ. & Magon. Actolin. *Reſ. for. 64. n. 1.* Domini JCti Arg. *c. l. in reſol. Q. 2.* ità quidem, ut, licet ejus culpa leviſſima, ſeu commiſſionis ſeu omiſſionis, probari poſſit; ipſe tamen nec locati, nec L. Aquiliæ actione conveniri queat, per doctrinam Molinæ, Lubleri, Gailii, & eosdem referentis D. Lauterbachii, *in Coll. theor. pract. ad tit. ad L. Aquil. th. 9.* Add. Actolin. *d. reſol. 65. n. 41. & ſeqq.* Hinc cùm A. 1670. Auriga quidam, Merces ſibi concreditas; in ſeinen beſchloſſenen Hof deportaſſet, und zwar in einem ſolchen Ort/ da er von ſeiner Schlaff-Kammer dahin ſehen können/ auch die Fäſſer auff dem Wagen mit Stricken und Ketten wol verwahret/ licet nullam huic vehiculô per noctem obſervandæ Cuſtodem appoſuiſſet; quia tamen eidem à Mercatore haud fuerat intimatum, quòd in altero doliorum pecunia numerata recondita eſſet, ab hujus per Fures noctu ablatæ reſtitutione Aurigam abſolvere, d. 16. Decembr. dicti anni, haud dubitarunt celeberrimi Domini Anteceſſores. Hinc item cùm A. 1686. contigiſſet, ut Cauponis cujusdam Baſileenſis ſimulque Aurigæ Famulus, in itinere, Dolium rupturam minitans, primò funibus conſtringeret, deinde in Cauponâ per Victorem id reparare, & hunc in finem evacuare coactus, in præſentiâ nonnullorum honeſtorum Virorum, quorum opera in ſacculis pecuniâ repletis & cœteris mercibus in Cauponam inferendis uſus fuit, Res omnes in illo exiſtentes extraxerit, per honeſtos illos Viros, quibus etiam ſollicitam rerum omnium cuſtodiam, &, ne quid furtim à quoquam auferretur, ſedulò commendavit, in Cauponam inferri decenter curaverit, Cauponis Uxori ipſe omnia tradiderit; motâ poſtmodò

Lite de ſatis magnâ pecuniæ ſum … deprehensâ, laudata Facultas, ex hac ſolâ ratione, quòd … eô tempore, quô Dolium evacuabatur, juratos Dicaſta … fuiſſet; cùm hoc non levem; ſed ſolummodò leviſſimam con… ; maximè, cùm Miniſter ille nec quidquam ſciverit, quid in illo … Doliis contineretur, eum haud condemnandum; ſed potiùs abſolvendum eſſe, pronuntiavit, in causâ Frauen Calendrini von Geneve, contra Johann Märckhten/ Rabenwirth zu Baſel. Idemque multò magis, in tali caſu, ſentiri debere, quando Auriga, talis Dolii aperturæ, rerumque in illo repertarum conſignationi juratos Loci Dicaſtas adhibuit, patet ex eleganti Saxonico præjudicio, ap. Beatum, *in ſentent. Saxon. p. 1. d. Contractib. cap. 24.* ubi ita Anno 1549. an Aſmus K. Heinrich H. ꝛc. reſpondetur: Alß ihr uns bericht gethan/ wie ihr/ einem Fuhrmann/ B R. genannt/ etliche Faß/ darunter eines mit N. 1. verzeichnet/ darinnen ein Tönnlein/ und ſonſt ein Fäßlein mit etlichen Poſten Geldes geweſen/ zu Wien/ nach Breßlau zu führen/ aufgeladen/ und wie ihr/ als er wiſſen wollen/ was darinnen ſey? ihme ſolches nicht ſagen wollen; ſondern ihne berichtet/ es wären/ unter andern/ Badeſchwämme darinnen; auch/ wie folgends ſolch Geld verlohren/ gebetten habt ꝛc. Sprechen Wir: Wa gemeldter Fuhrmann/ durch eine Kundſchaffe der Obrigkeit/ da das mit N. 1. gezeichnete erbrochen/ darthun möchte/ daß er das eröffnete Faß/ ſo bald er es erfahren/ mit Gerichten beſichtigen laſſen/ und daſſelbe eröffnet/ und das kleine Fäßlein/ darinnen die Poſte Geldes geweſen ſeyn ſollen/ erbrochen befunden worden/ und aydlichen erhalten würde/ daß ſolch Erbrechen und Verluſt ohne ſeine Schuld/ geſchehen; ſo bliebe er deſſelben billich ohne Entgelt/ und wäre auch ſolch verlohren Geld zuerſtatten nicht ſchuldig; zuförderſt/ dieweil er/ ob Geld im Fäßlein/ oder wie viel deſſen darinnen ſey? von euch nicht berichtet worden. V. R. W. Hinc &, ſi quis, eo tempore, quo via recta, per diuturnos imbres, lutoſa & cænoſa, minusque tuta, viâ mediâ, ceu vix tranſibili, relictâ, per obliquum vel Extremitatem incedat, ei pariter nullam culpam imputari valere, nuncupatim tradit Surd. *conſ. 12. n. 28.* Salycet. ad *L. 3. C. de fœn. naut.* Actolin. *Reſol. 55. n. 39.* Ad *§. p. I. de locat cond.* paucis dicendum, ibi ſuperlativum pro poſitivo poſitum eſſe. Ddres, ad *d. §. p.* præcipuè Vinn *n. 3.* noviſſ. excellentiß. Dn. D. Mögling, Patron. noſt. honoratiß. *de Culpa leviſſ. c. 1. th. 7.* plene Philippi, *in uſu pract. I. l. 3. t. 25. § 5.* Harppr. ad *d. §. p. num. 9. & ſeqq.* ubi & *de L. 28. C. d. t.* poſt Molin. Pichard. Valenz. Cavalcan. Honded. & alios, Cælius Bichius, *deciſ. 646. n. 8.* ubi hanc magis communiorem ſententiam appellat. Aliam explication. vide ap. Beſold. *in Del. ex lib. π. 19. Q. 4.* Ad *L.* verò *25 §. 7. ff. eod.* ſciendum, ibidem exactiſſimam diligentiam non ex eo requiri, quòd

Auri-

Aurigæ res aliorsùm [illegible] duxerint: Regulariter namque ipſi Merces vel alias res tra[illegible] tanquàm Artifices, conducere ſolent; Dn. Lauterb[illegible] ſed duntaxat eatenùs, quatenùs ipſi ſingularem (latius ſic d[illegible] uam Artem, tanquam Artifices, ſeu valde periti talium Oper[illegible] catores, Caroc. *de locat. & cond. p. 4. Q. 2. n. 9. & 10.* Actolin. *Reſ. for. 64. n. 38.* profitentur, & ex hujus ſuæ Artis imperitiâ damnum dant; non verò quoad rerum ſeu Mercium transportandarum Cuſtodiam; quoad quam etiam tales peritiores Aurigæ, ab aliis conductoribus, in præſtandâ ſolà levi culpâ, nullatenùs differunt. Mev. ad *J. L. l. 3. t. 8. art. 91. n. 7.* Lauterb. *d. l.* & ad *tit. ff. locat. §. 3. th. 8.* poſt Bach. Delrio, Caballin. Carpz. Struv. Frantzk. Brunnem. ad *d. l. 25. n. 22.* Vel dicendum, iſtam Legem de re facilè devaſtabili ſeu frangibili agere, de quô mox plura.

XXII. Manet itaque, quòd Auriga de culpâ leviſſimâ regulariter haud reſpondere teneatur. Quamvis verò hanc regulam, in caſu, quo Auriga, in rebus ſuis propriis, exactiſſimam diligentiam adhibere conſuevit, limitandam exiſtiment Domini JCti Jenenſ. ap. Richt. *d. Dec. 141. n. 4.* junctis *ibi ſeqq.* Quia tamen in Jure noſtro tùm de Aurigis, tùm aliis conductoribus nullibi legitur, quòd ipſi (ad exemplum Mariti & Tutoris, de quibus videat. *L. 17. pr. d. jur. dot. L. 1. pr. d. tut. & rat. diſtr.* Dn. Lauterb. *in tract. ſynopt. tit. Comod. §. 4. th. 5. inf.*) in tali caſu ad ſummam diligentiam, adeoque ad culpam levem in concreto, obſtricti eſſe debeant: Quapropter nec noſtrum eſt, hoc ipſum adſerere, per reg. *L. 2. de Senat.* Planè ad illam mediam diligentiam Auriga confeſtim, quamprimùm ſuam Operam, Res alterius transportandi, pro certâ mercede, alteri locavit, & Res transportandæ ipſi deſignatæ ſunt, cæteris paribus, obſtringitur, tametſi Res illæ currui nondùm ſint impoſitæ. Vid. omninò Franc. Pfeil. *conſ. 52. n. 10.*

XXIII. Quòdſi ergò Auriga, ut nonnulla Culpæ latæ & levis exempla in medium proferamus, cùm rectâ & planâ incedere poſſet viâ, ſine causâ, loca ardua & aſpera ſequatur, & indè curru præcipite facto, fractisque doliis, vinum, oleum & ſimiles res liquidæ effluant, merces aliæ confringantur, & ſic deinceps, quòd ille propter eà judicio locati pulſari poſſit, plenâ manu deducit Joh. Petr. Surdus, *conſ. 12.* Grammatic. *conſ. civ. 1.* Franc. Niger Cyriacus, *controv. for. 166. n. 30.* addens, ex hôc, ſi Auriga quendam tumulum in viâ eminentiore adſcenderit, præſertim cùm via ob pluviam madefacta eſſet, inprimis ipſius culpam augeri. *n. 31.* Mev. *ad Jus Lub. lib. 4. tit. 3. art. 3. n. 9.* Idem dicendum, ſi Auriga, derelictâ ordinariâ ſemitâ, (Si enim hanc ſervet, nihil culpæ eidem adſcribi poteſt, latè Actolin. *Reſol. for. 64. n. 29. & ſeqq.* poſt Br. & Jaſon. Gail. *2. O. 64. n. 12.* Mev. *d. l. n. 14.*) inſolitâ utatur, & hâc occaſione in prædones inciderit; vel in

genere, per loca inſidioſa, proceſſerit, ... *d. cons 12.* Straccha,
de mercat. p. 3. n. 15. Cyriac. *d. l.* Ald... *57* Si aliquid faciat Pa-
cti s cum conductore Vecturæ initis c... trarium, de quo infrà *in*
th. Si Merces in locô minùs tutô dep... Menoch. *cons. 18. n. 12.*
Aldovin. *cons. 15. n. 80.* vel Merces à ſe transvehendas alii commiſerit; Si-
giſm. Scaccia, *d. commerc. §. 2. gl. 5. n. 971.* ubi addit præjudicium. Junge
tamen infrà tradd. *in th. 29.* Si, diu durantibus imbribus, impetum
fluminis non prævideris, & hic superveniens Dolia vel vaſa prope flu-
men depoſita abripuerit: Straccha, *de mercat. p. 3. n. 41. in f.* Aldovin. *d. l. n.*
85. Si tempore inidoneô iter ingrediatur; *arg. l. 13. §. 2. ff. locat.* Et ſuum
vehiculum plus juſto oneraverit, & hôc, propterea, in terram prolapſo
res eidem impoſitæ detrimenti quid ceperint: *arg. L. 27. §. 23. ad L. Aquil. l.*
30. §. 2. locat. & doctrinæ Marquardi, *de jur. mercat. l. 2. c. 10. n. 25.* Cagno-
li, *ad l. 23. n. 48. de R. Jur.* Si eo tempore, quô Vecturam faciebat, fuerit
ebrius, atque indè artis ſuæ incurioſus: Mev. *d. l.* Si, contra deſiderium
Domini mercium, ipſum comitantis, in locis aſperis & convexis nimium
properanter probetur feſtinâſſe: Mev. *d. l.* Si, cùm jàm ſerus immine-
ret Veſper, & certum eſſet, Aurigam nonniſi ſerâ nocte ad locum deſtinatum
procedere poſſe, Dominus Mercium ipſum roget, ut illâ nocte in proximè
ſito pago maneret, paratus tùm ipſi, tùm etiam ejus Bobus alimenta præ-
ſtare, ipſe verò hoc reſpuat, dicendo, ſe nullum à Noctis horrore pericu-
lum metuere, vehiculo, in illo nocturnô itinere præcipite facto, grave
damnum ſit datum, qualem caſum pleniſſimè exequitur Cyriacus, *d. Dec. 162.*
imprimis *n. 20.* Add. Grammatic. *d. cons. 1. n. 5.* Riminald. Jun. *cons. 216. n.*
42. & 43. & cons. 441. num 32. Et, ſi omnimò tempore nocturno iter e-
rat proſequendum, ipſe tamen cum ſuo, quem ad manus habebat, vecturæ Mi-
niſtro, ſuper plauſtrô vel equô conſidere maluerit; eò maximè tempo-
re, quô via per pluvias eſt devaſtata, ubi ipſe (præcipuè rem faciè frangibi-
lem & periculoſam vehens) unà cum famulo pedes incedere, viam conſi-
derare, tentare foveas, in locis periculoſis manum plauſtro ſolicitè admo-
vere debuiſſet; Conf. Cyriac. *d. l. n. 32.* & quæ plura his ſimilia accidere
poſſunt, prudenti Judicis, cum utique impoſſibile ſit, omnes caſus definire,
arbitrio relinquenda. Mev. *d. l. n. 10.* Planè, ſi Auriga, cum aliis in vino
transportando occupatus, poſtquàm unum vehiculum vino oneratum, per
locum clivoſum jam feliciter deductum, per equos huic vehiculo junctos,
etiam alterum currum, vino pariter oneratum, ad difficultates ejus loca ſu-
perandas adjuvare annisus, unum ſolummodò, eumq; cœcum equum, illi
primo vehiculo, absque ullo cuſtode, adjunctum relinquat, & hic tùm

per

per vocem Aurigæ [illegible] vel per alia ſigna ad iter proſequendum excitatus, cum [illegible] [illegible]atis vertice præceps fiat; ſic, ut ex illo præcipiti lapſu [illegible] [illegible] meat; prout ante hoc ſexennium, auſſ per [illegible] [illegible] caſu accidit, hoc profectò latiſſimam [illegible] [illegible] [illegible] omni refuſioni vel maximè obnoxiam. Quò [illegible] illam culpam, ſi Auriga rotas nullo, in præcipiti deſcenſu, ſufflamine inhibeat, wann er keine Hemme oder Sperrketten anlegt; eò quòd alia etiam communi ſenſu præditi, & ad infimum gradum diligentes Aurigæ haud ſoleant facere vel intermittere, referendam arbitramur.

XXIV. Interdum tamen Aurigæ & plauſtrarii damnum etiam leviſſimâ ſive minimâ culpâ datum refarcire tenentur: (1.) ſcil. ſi, ultra Mercedem pro transportatione Aurigæ promiſſam, jungat. omninò Decian. *l. 1. conſ. 29. n. 32. & 33.* poſt Rot. Urſell. Malvaſ. Magon. Grat. Felicium, Joh. Petr. Actolm. *Reſ. for. 64. n. 10.* & *dec. 65. n. 4. & 43.* ubi prolixè hoc exequitur (Addat. valdè notabilis textus in *L. 5. pr. ff. Naut. C. ſtabul. ibiq.* Ddres) ipſis ſpecialiter pro Cuſtodiâ, congrua, Rota Rom. ap. Farinac. *poſt vol. 2. Dec. 208. n. 3.* poſt Gloſſam, Richard. Decian. Actolm. *Reſ. 65. n. 28.* merces fuerit promiſſa. *L. 40. ibiq.* poſt Angel. Brunnemann. & alii, *ff. locat.* Richt. *d. Dec. 141. n. 5.* poſt Hahn. B. Dn Lauterb. *intr. ſyn. tit. locat. §. 3. θ. 18* Vide tamen Molinam, *d. J. & J. tr. 2. D. 494. n. 12.* (2.) nonnulli, illo etiam in caſu, ſi Auriga ſe ultrò ad rem alterius (ut ſæpius in Nundinis fieri ſolet) transportandam obtulerit, leviſſimam culpam præſtandam eſſe tradunt, eò quòd ille, qui ſeipſemet offert, ampliorem diligentiam, quâ res cuſtodiri poſſit, polliceri videatur, arg. *L. 1. §. 35. ff. depoſ. L. 25. de procur.* Atque ità in ſpecie *L. 25. §. 7. ff. locat.* de quâ [illegible] plura, extradit Vultej. *diſcept. Scholaſtic. cap. 15. p. 151.* ubi dicit, hoc omnibus contractibus commune eſſe. Add. quos congeſſit Dn. D. Mögling. *d. diſſ. de culpa leviſſ. p. 38.* (3.) Ddres illos etiam caſus à regulâ eximunt, ſi A[illegible] [illegible] de facili frangibilem, ſeu corruptibilem, transport[illegible] [illegible] [illegible] proinde exactiſſimam, juxta illud vulgatum, ubi majus periculum, [illegible] cautius agendum, *c. ubi periculum. de elect. in 6.* ſuâ naturâ cuſtodiam, diligentiſſimam atque curam requirat, dum ſcilicet eidem tam facilè leviſſimâ Aurigæ culpâ, quam aliis rebus [illegible] aut levi, noceri poteſt, ac proinde in his rebus vix ac ne vix quidem culpa [illegible] à levi diſtingui queat, verbo Molinæ, *d. J. & J. tr. 2. D. 494. n. 3.* [illegible] *[illegible] angelicâ, verb. Locatio. n. 23.* Carocc. *d. locato, p. 4. Q. 2. n. 11.* Actolin. *reſol. 65. n. 26.* Porcius, *ad §. 5. I. de locat.* ubi dicit, hanc ſententiam eſſe communem, ex. gr. ſi columnam marmoream, ſi dolium vino vel oleo repletum; vehenda conduxerit; id quod per capitalem hanc in rem textum probare nituntur in *d. L. 25. §. 7. ff. locat.* Et tametſi hic tx. varios

inter Interppr. intellectus invenerit, de quibus inprimis conferri meretur Riminald. Jun. *conſ. 441. n. 16.* Vin. [illegible] *in tit. d. Dol. & Culp. Q. 2. n. 6. & 9.* Salycet. ad *d. l. 25. §. 7.* B[illegible] *ad. L. n f.* Molina, *d. n. 3.* ſic, ut illam proinde ad hujus articuli dec[illegible]gari haud poſſe, ſcribat Actolin. *d. Reſol. n. 3.* Imò etiam in *h. L.* ſupe[illegible] vum pro poſitivo poſitum eſſe, poſt Alciat. Salycet. Weſemb. contendat Idem, *reſol. 61. n. 2. cum ſeqq.* & *n. 29.* Molina, *d. l.* poſt Ant. Del Rio, Hillig. *in Don. enucl. l. 15. c. 8. lit. d.* ut de eô, quod, ſi Ratio iſtius L. in ſola conſiſteret frangibilitate, exactiſſima diligentia etiam in Vitris & ollis transvehendis præſtanda foret, nihil dicamus, cum Actolino, *d. Reſ. 61. n. 10.* In Praxi tamen Aurigæ, ob leviſſimam, in talibus rebus, quæ ſimul pretioſæ & facilè frangibiles, commiſſam culpam, vix condemnatoriam Judicis ſententiam effugere poterit, juxta ea, quæ inprimis apud Cyriacum, Riminald. Richterum, & paſſim apud alios, de his occurrunt. Add. Vinn. ad *d. §. p. n. 3. in f.* Bach. ad Tr. *1. D. 29. th. 6. lit. E.* Frantzk. ad *tit. ff. locat. n. 204.* pluresque alii allegati à Domino D. Moslingo, *c. l.* Lugo, *d. J. & J. D. 29. ſect. 4. n. 65.* Vide tn. Cagnol. *d. n. 45.* Caſtrens. ad *d. l. 27. §. 7.* Aretin. ad *§. f. I. de locat.* Riminald. Jun. *conſ. 441. n. 16.* qui omnes ad hoc, ut culpa leviſſima, in transportandis hujusm. rebus, Aurigæ incumbat, præter hanc rerum qualitatem, porrò etiam illud, ut Aurigæ ſuas operas tanquam Artifex locaverit, & ſe peritum eſſe aſſeveraverit, requirunt. Et denique (4.) quòd, ſi Aurigæ, tanquàm Artifices ſeu hujusmodi operarum præ aliis periti Locatores, Merces aliorſum transportandas conducant, ipſi itidem, quoad ea, quæ Vecturam, das Fuhrwerck / concernunt, de culpa leviſſima, quemvis ille, qui Aurigæ talis operam conducit, in ipſo eligendo minus providus fuerit, de quo Cagnol. ad *l. 23. n. 44. d. R. Jur.* econtra vero quoad Mercium cuſtodiam, etiam talibus in rebus, de levi ſolummodò culpâ teneantur, tradit Dn. Lauterb. & Mev. *locis ſupra in th. 21. allegatis.* Richter. [illegible] Et quod illi eo ipſo, dum Merces pretioſas (modò tamen hæc qualitas Aurigæ indicetur, per *l. 6. §. 5.* [illegible] [illegible] Actolin. *d. reſ. 65. n. 22.*) & facile corruptibiles, ac proinde ſingularem [illegible] exigentes, transvehendas recipiunt, ſeſe tanquam Artifices obligare videantur, tradit Cyriac. *d. contr. 166. n. 12.* Actolin. *d. l. n. 22.* Vide etiam Hotomann. *l. 4. O. 13.* Beſold. *in delib. c. 5. l. n. 19.* Q. 4. De eo, ſi (5.) Auriga exactiſſimam ſeu ſummam diligentiam expreſſo pacto ipſe receperit; idque quod etiam de caſu, ſi ſe ad omnem diligentiam obligaverit, ſic ut illa particula univerſalis legalem obligationem augeat, ex Dec. Negusant. Gabriel. Menoch. tradit Cælius Bichius, *dec. 646. n. 22.* non attinet plura dicere. Vid. Gothofr. & Dd. commr. ad *l. 23. de R. J.* Frantzk. *ad tit. de contrah. emt. n. 325. & ſeqq.* Dn. Lauterb. *de peric. rer. in ſoc. C. illat. pag. 11.*

§. 20.

§. 10. Denique ſi res tranſportandæ ſaltem taxationis gratiâ (quod hic in dubio factum præſum[illegible] locat. & per ea, quæ tradit. B. Lauterb. tr. ſynop. tit. de lo[illegible] th. 14.) æſtimatæ, Vectori traditæ fuerint, [illegible] quin ipſe nec de culpâ leviſſimâ, nec de caſu fortuito reſpondere teneatur, per tradita Burgundi, tr. de Culpâ, c. 12. n. 5. & ſeqq. & B. Lauterb. de peric. rer. in ſer. c. illat. §. 42. Quidquid alii oggannunt, quorum longum catalogum adornavit Rauchbahr. Qq. J.C. & Sax. l. 2. Q. [illegible] n. 24.

[illegible] quidem, quæ ſuprà de culpâ latâ & levì firmata, & de culpâ leviſſimâ in Dub. relata, non ſaltem tunc obtinent, ſi ipſi Aurigæ talem Culpam commiſerint; verùm etiam tunc, ſi ipſorum Miniſtri, quorum operâ utuntur, tale quid deſignaverint; per d. l. 25. §. 7. ibi: Ita id periculum præſtat, ſi quâ ipſius, eorumve, quorum operâ uteretur, culpâ acciderit. ff. d. t. ibi Bald. & alii. Fr. Nig. Cyriac. d. Dec. 166. n. 2. & 23. Nam & alii Conductores, ob culpam ſuorum famulorum tenentur, ſi in illis eligendis culpam commiſerint, non ſaltem improbos; verùm etiam negligentes in ſuam Familiam recipiendo, & hi in commiſſo officio peccaverint. l. 11. pr. [illegible] l. 27. §. 9. & 11. ad L. Aquil. l. 3. pr. de publ. & vectig. Magon. Dec. Flor. [illegible] n. [illegible] & ſeqq. Brunnem. ad d. l. 27. n. 10. & ſeqq. ad L. Aquil. Græv. l. 2. [illegible] n. 2. in f. Caroc. d. locat. p. 4. Q. 14. n. 40. Stamm. de S. P. [illegible] n. 9. poſt Mev. Rauchbaht. Berlich. Carpz. Dn. Lauterb. in Coll. [illegible] th. 120. Sixtinus, in conſſ. Marp. 2. cons. 20. n. 34. Et nec [illegible] culpam commiſſionis & omiſſionis, ſi v. gr. Aurigæ Miniſter in Equo vel curru (quod haud rarò fit) obdormierit, & exinde res impoſitæ detrimenti quid ceperint, diverſum jus parere, elucèſcit ex d. l. 27. §. 9. ubi denuo Brunnem. ad L. Aquil. Ex quo etiam Statutis Lubecenſib. cautum: quod, ſi Vector, poſt damnum aliis illatum, aufugerit; neque ejus perſequendi copia ſuperſit, Dominus currûs & equorum, qui operâ Vectoris, [illegible] ſui, uſus fuit, L. Aquiliæ vel in factum actioni obnoxius eſſe debeat, Mev. ad J. L. p. 4. tit. 3. art. 3. n. 16. & ſeqq. ubi hujus Statuti cum J. Civ. conſonantiam, & ſimul inter illa differentias oſtendit. Præſertim verò, ſi Auriga [illegible] cuiſ famulo, cujus fides necdum ſatis perſpecta ei ſit, [illegible], cum illis, quæ in eo ſunt; & præcipuè pecuniam vulgari ſaltem ſacco [illegible] commiſerit, ipſum indè teneri, patet ex tradd. R. Sixt. d. cons. 20. n. [illegible]. Et tandem ſi Auriga onus ſibi concreditum aliis committat non æquè idoneis. (Si enim idoneum; ſtrenuum, viarumque & rei vectoriæ expertum [illegible], aliud dicendum, ex Purpur. Moderno Mantuano, Mal[illegible] Maſcardo, Actolin. contr. 65. n. 38.) culpâ haud vacat, tùm arg. L. 31.

ff. d.

ff. de ſolut. Jung. Crav. conſ. 87... ... & depraſ. l. 2. Tr. 21. à n. 7. uſq. ad 17. Bonac... quod, licet alias Conductoribus facultas con... tamen hoc ad perſonas æquè idoneas jura noſtra reſtring... Fulg. ... Alberico, Cyriac. d. l. n. 22. & ſeqq. tùm quod denique ... ipſe ... perſonâ rem expedire debuiſſet, ipſe ... immunis, ex ſententiâ Riminaldi Jun. conſ. ... n. ... ſupra ... 23.

XXVI. Quando itaque ille, qui damnum in rebus transportat... accepit, ad id reſarciendum, vel, ſi res illæ furto ablatæ fuerint, ad pretium illarum, Aurigam actione locati convenit, tunc, ſi quidem de latâ, itemque de levi quæratur culpâ, verius nobis videtur, quòd ipſe haud aliter hoc nomine condemnari queat, quàm ſi Dominus rerum, vel qui Operas Aurigæ in illis rebus transportandis conduxit, legitimè probet, quòd Auriga diligentiam, ex Conductionis naturâ præſtandam, mediam & exactam, in illis rebus cuſtodiendis non adhibuerit, & ſic aliqua, vel in committendo, vel omittendo, conſiſtens Culpa, poſt plures Actolin. Reſol. 65. n. 2. ad damnum ſecutum ordinata, jung. Surd. conſ. 12. n. 20. & conſ. 61. n. 18. & ſeqq. Decian. l. 1. R. ... Cyriac. controv. for. 459. n. 13. poſt Corn. Sylvan. Thomat. & all. Actolin. ... Reſol. 65. n. 24. & 37. ſpecificè probetur; ex Bart. Alex. Deciano, Natta, Remo, Cyriac. d. l. n. 16. & ſeqq. poſt Cravett. Stracch. Becc. Surdus, d. conſ. 12. n. 20. H. Piſtor. d. Q. 18. n. 7. Quamvis enim Ddres, in hujus Q. deciſione, non planè concordes ſint: Videat. omn. Hahn. ad ff. tit. depoſ. n. 14. verſ. ... fortunii: arbitratus, quod etiam in contractu depoſiti, in quo tn. ſola lata culpa præſtanda venit, inter Caſus, quos culpa ſæpius præcedere ſolet, vel non ſolet, diſtingui debeat: Tamen alii plerique, & quidem rectiſſimè, ab iſtâ ſententiâ divortium faciunt, quòd ſcil. non ſolum in illis contractibus, in quibus ſolum lata culpa præſtatur; verùm etiam ... in quibus culpa levis præſtanda venit, & in ſpecie etiam in Locat. conduct. non Reus, ... conventus, ſuam Diligentiam, ſive quod culpa ab ipſo abſit; verum ... Rei culpam, h. e. quòd damnum, per Furtum, Incendium, Aquarum ingreſſum, aliumque quemcunque fortuitum Caſum datum, ... cedente vel concomitante negligentiâ, ſeu culpâ profectum ſit, demonſtrare teneatur, &, hâc non demonſtratâ, Reus definitivè abſolvi debeat: ... quòd ſcilicet media diligentia de quolibet homine ſit præſumenda; Mev. ad J. L. p. 3. tit. 8. art. 1. n. 20. Idem, p. 8. D. 35. n. 3. ex Cyno, Alex. Riminaldo Jun. & Vivio, Vultej. in conſſ. Marp. 4. conſ. 36. n. 16. Maſcard. de probat. ... cujus præſumtionis hæc notoria virtus eſt, ut onus probandi in Adverſarium ſemper rejiciat. l. 5. ff. de probat. Barboſa loc. ... l. 14. c. 15. ax. 2. in terminis Eſ-

bach.

bach. ad Carpz. p. 2. C. 26. D. 19. n. 2. & ex aliis rationibus, quas plenius exhibet H. Piſtor. in Qu. Jur [illegible] ubi in individuo, cùm quidam Aurigæ pecuniam ciſtæ incluſam [illegible] locum vehendam locâſſet, &, amiſſâ pecuniâ, Auriga allegâret, [illegible] blatam eſſe, de quâ furtô etiam ſatis conſtabat: Scabb. Saxonicos [illegible] per conſultos reſpondiſſe ſubjungit, Aurigam non [illegible] quàm ſi Dominus pecuniæ probaverit, Aurigæ culpam intervenisse. Eidemque ſententiæ etiam patrocinantur Jaſon, Alex. Cæpolla, Conradus, Gomes, Covarruv. Menochius, *in locis relatis* à laudato Piſtoris, *d. n. 11.* Carpz. *d. D. 19. ibiq.* proximè laudatus ab Esbach. nec non *in Reſp. Eloſiw. l. 3. R. 15. num. 12. 13.* apud quem, in utroq; loco, notabilia Scabb. Lipſ. præjudicia videri poſſunt. Cavalcan. *p. 2. Dec. 3. n. 7.* Dn. Lauterb. ad *Tit. ff. de pi. §. 2. th. 5. in f.* & ad *Tit. locat. §. 3. th. 9.* Imò hancce ſententiam communiter receptam eſſe, teſtatur, & multis autoritatibus comprobat Rol. à Valle, *2. conſ. 85. n. 14. & 15.* ubi vide omninò. Burſat. *conſ. 59. n. 6.* Nec obſtat illa præſumtio Juris, quòd Furta plerunque culpâ inhabitantium fiant: Vid. *L. 22. ff. de pignor. act. ibiq.* Ddres. Pruckmann. *1. conſ. 41. n. 31.* Salycet. ad *l. 52. §. 3.* [illegible] ex Cujac. Tabor, *rac. crim. 3. th. 20.* Hanc enim generalem & nimis [illegible] præſumtionem illi ſpecialiori cedere oportet, quòd quilibet tàm diligens [illegible] & cautus præſumatur, donec contrarium decenter probetur, ut in [illegible] Mev. ad *J. L. p. 3. t. 8. art. 1. n. 21.* poſt Finckelthuſ. Brunnem. & [illegible] Dn. ab Esbach. *d. C. 26. D. 19.* Vide tn. Trentacinq. *l. 3. d. pigner. Reſol.* [illegible] Molin. *d. J. & J. tr. 2. D. 494. n. ult.* & contrarium Saxoniæ JCtor. [illegible] ap. Beatum, *in Sentent. Saxon. p. 1. de Contractib. cap. 30.* ubi ità reſpondent: Weil R. nicht abredig/ daß ihme die Wahre von A. auffgeladen/ [illegible] daß ſie ihm nicht auff freyer Straſſen/ räublich und gewaltlich; ſondern im [illegible] auff dem Wagen dieblich entwendet; ſo iſt er ſchuldig/ dieſelbige [illegible] Wehrts zubezahlen: Er möchte dann/wie ſich zu recht gebühret/ ſeine Unſchuld/ daß er gebührlichen Fleiß gethan/ darmit die Diebe [illegible] Verwahrloſung entgangen/ ausführen ꝛc. nec non aliud adhuc [illegible] deciſum ap. Franc. Pfeil. *conſ. 52. num. 6. & ſqq.*

XXVII. In illis verò caſibus, in quibus Aurigæ, juxta ſuprà relata, etiam [illegible] à tenentur culpâ, hæc non ita indifferenter procedunt; ſed notanter diſtinguendum: Utrum Caſus fortuitus (quò[d] Aurigæ, ante omnia, [illegible] concreditas periiſſe, probandum incumbit, plenè Carpz. 2. C. 26. D. [illegible] Esbachius, & ab illis laudati: Sebaſt. Med. *de caſ. fortuit. p. 1. Q. 14.* [illegible] Cyriacus, *d. contr. 166. n. 15.* H. Piſtor. *d. Q. 18. n. 1. & ſeqq.* Koppen, [illegible] *38. n. 6.* Mev. ad *J. L. p. 4. tit. 3. art. 3. n. 14.* Dn. Lauterb. ad *tit. ff. locat. §. 3. th. 9.* Addat. omn. Andr. Fachinæ. *conſ. 88. n. 1. & 4.* ubi plures allegat. Roſacorb. *pract. forenſ. cap. 106. n. 4.*) ità ſit comparatus, ut ille

plenum

plerunque ex præcedenti aliquâ cu[...], nec no? ut in illis quidem caſibus, v. g. ſi Auriga mer[...]ndiô amiſſas dicat, itemque ſi Plauſtrum in viâ planâ (q[...] regulariter ſine culpâ haud fit. Medices, *d. Q. 14. n. 11.* Cyriac. *d*[...] *18.*) everſum dicat, ipſe non aliter ab earundem reſtitutione liberetu[...]ſi probet, ſe omnem, etiam ſummam, diligentiam in rebus illis cuſtodiendis adhibuiſſe. Medices, *d. p. 2. Q. 7. n 9. & 10.* poſt Br. Jaſon Rimmald. Maſcard. & all. Cyriacus, *d. l.* Roſ. à Valle, *2. conſ. 95. n. 26.* Mev. ad *J. L. p. 3. tit. 8. art. 1. n. 22. & ſeqq.* Goswin. ab Esbach. ad *d. D. 18.* ubi alios quàm plurimos, de caſu Damni per incendium dati, allegat, & ad *L. 3. §. 1. de Off. Præf. vig.* reſpondet. Vide tamen Carpz. *Q. crim. 39. n. 58.* Vinn. *l. 1. Q. 33.* Lubler. *d. incend. c. 5. n. 18.* Quâ verò ratione, culpa, in abfuiſſe, probari poſſit? docet Bald. *ad L. 6. C. de pign. act.* Et an etiam Juramento? H. Piſtor. *d. Q. 18. n. 12.* Fachinæ. *conſ. 88. n. 9.* Mev. *d. art. 3. n. 12. & ſeqq.* ubi optimè diſtinguit. In aliis autem caſibus, qui regulariter ſine culpâ contingere ſolent, ut ſunt v. g. incurſus Hoſtium (vide tn. quæ de Loco Hoſtium incurſui & deprædationibus obnoxio, nec non de Tempore, quo, ob belli injurias, talia crebrò contingunt, doctè diſſerit Surdus, *conſ. 61. n. 9.* & ab illo laudati) Impetus Aquarum, & ſic deinceps, Domino rerum demonſtrandum incumbat, quòd Damnum ex hujusm. caſu acceptum, ex aliquâ præcedente, vel concomitante, Aurigæ culpâ profectum ſit, per rationes, autoritates & præjudicia, quæ accumulat Carpzov. *d. C. 26. D. 18.* poſt Gomez. Trentacinq. & Frantzk. Lauterb. *d. th 9. in f.* poſt Panormit. Bellon. Corn. Fr. Marcum, Bertrand. H. Piſtoris, *d. Q. 18. n. 9. & 10.* poſt plures Surd. *conſ. 12. n. 18.* ubi diſtinctionem iſtam communiter approbatam dicit: de quo etiam, poſt alios, teſtatur Fachinæ. *d conſ. 88. n. 3.* Et ſic quoque in ſuperius relato caſu, An. 1670. d. 16. Decembr. Ampliß. hujus Loci Facultas reſpondit. Denique in dubio: An ab Aurigâ commiſſa ſit Culpa? ipſum abſolvendum eſſe, ex Cravettâ, Menochio & Farinacio, benè notat Aldovinus, *ſæpedicto conſ. 19. num. 78.*

XXVIII. De Caſibus fortuitis quòd Aurigæ non magis, quàm alii Conductores, teneantur, ediſſerit Regula *L. 23. ff. de R. I. L. 6. C. de pigner. act.* & text. expreſſi, in *d. l. 25. §. 7. ff. locat. §. p. I. eod.* Medic. *d. p. 1. Q. 16. n. 38.* Cyriac. *d. l. n. 35. & 44.* Joh. Petr. Actolin. *Reſol. for. 64. n. 2. & ſeqq.* ubi agit de caſu, quo Mulus ſarcinas deferens, cui ſolum pluviâ madefactum ſub pedibus defecit, in foveam aquâ repletam prolapſus eſt. Surd. *cons. 12. n. 14.* ubi agit de Rapinâ, quam Auriga in publicâ viâ paſſus eſt; lat è Aldovin. *d. cons. 19. n. 58. & ſeqq.* JCti Argentorat. ap. Beſold. *in Thes. pract. voc.* Landsknecht, ubi quærunt de caſu, da Weinfuhrleuthe von Soldaten

beraub-

beraubet/ und ihnen die Pferde [illegible] worden. Georg. Beatus, in ſentent. Saxonic. *p. 1. d. Contra*[illegible] *cap. 2* [illegible] ubi etiam de Damno, à Conductoris inimicitia dato, da der Obri[illegible] abgeſagter Feind/ einem Fuhrmann/ ſo mit Bier gefahren/ [illegible] ſampt dem Wagen/ und allem Geſchirr/ genommen/ den Fäſſern [illegible] iffe abgehauen/ und das Bier in Koth lauffen laſſen/ (ad illuſtrationem *L. 66 princ. ff. ſol. matr. & L. 25. §. 4. ff. locat.* de quâ etiam adeatur Dn. Lauterb, *de peric. R. in S. C. illat. pag. 25.*) notabilis deciſio videri poteſt. Sed tamen & hic eædem obtinent Limitationes, quæ in aliis Conductoribus, ſi ſcil: (1.) Aurigæ culpa, ſive commiſſionis, ſive omiſſionis, poſt plures, Actolin. *d. l. n. 6.* ad caſum ordinata (quæ qualitas ab eo, qui culpam Aurigæ præcedaneam allegat, omninò probanda, poſt Bald. Farinac. Rotam, Urſellum, Actolin. *d. l. num. 5.*) ſine quâ Caſus ille haud eveniſſet, poſt Stracch. Menoch. Medices, Caroc. Aldovin. *d. cons. 19. num. 77.* poſt Bartol. & Caſtr. Surdus, *cons. 12. num. 64.* ubi dicit, ſufficere, ut Culpa ad caſum ordinata eſſe poſſit, ſic, ut in dubio: An, culpâ ceſſante, res nihilosecius peritura fuiſſet, contra Culpoſum, quòd non eſſet peritura, præſumi debeat, caſum illum præceſſerit. Addat. Cyriac. *d. l. n. 40.* Richter. *D. 141. n. 12.* Sixtin. *d. cons. 20. n. 27.* Actolin. *d. l. n. 6.* v. gr. ſi Auriga per loca tutiora, aliquantulùm licet longiora, incedere potuiſſet, & ipſe in ſylvis non ſolitis commeari, à prædonibus ſpolietur; plenè Surd. *cons. 12. n. 26. & 30.* vel ſi, cùm ipſe in Loco, quò Merces transportandas accepit, illæſus cum illis adveniſſet, ſatisque temporis, hoc Domino mercium, ut easdem in ſuam cuſtodiam & domum reciperet, indicandi habuiſſet; ipſe econtrà ἀλόγως tractaverit, ex. grat. daß er dem Peinl. Gericht auff dem Marckt zugeſehen/ & obortò incendiò, ipſe ſuas quidem res Flammis ſubduxerit; illas verò ad alium ſpectantes Merces, cùm & illas adhuc ſalvare potuiſſet, comburi ſiverit; cujusmodi caſum, de Anno 1549. definitum videre eſt ap. Beatum, *in ſentent. Saxon. p. 1. de Contractib. cap. 23.* Quando enim quis aliquam commiſit culpam, tunc ipſe de omni eo, quod & præter ipſius propoſitum evenit, tenetur. *l. 30. §. 3. ad L. Aquil.* Riminald. Jun. *cons. 52. n. 147.* Cyriac. *d. l. n. 43.* Hocque ipſum inprimis tunc quoque procedere, ſi inter Aurigam & Vecturæ conductorem etiam Contractus Aſſecurationis initus fuerit, eluceſcit ex illis, quæ habet Richter. *d. D. 141. n. 15.* (2.) Si Mora in rebus ad locum præſtitutum transportandis commiſſa probetur, ſine quâ ſubſecutus Caſus fortuitus haud fuiſſet ſecutus. Vid. in ſimili Rota Genuens. *Dec. 150. n. 1.* & in terminis Actolin. *c. l. n. 13. & ſeqq.* ubi *num. 19.* etiam de Moræ purgatione quærit. Add. Aldovin. *d. cons. 19. num. 69. & ſeqq.* Petr. de Ubald. *tr. de duob. fratr. p. 8. Q. 27. n. 28.* (3.) Si Auriga ſpeciali pacto caſus fortuitos in ſeſe receperit, per *l. 9. §. 2.*

ibiq. laudati à B. Brunnem. *ff. locat.* poſt Sylvan. Decian. Purpurat. Cornneum, Actolin. *Reſol. 65. n. 33.* per plures textus & autoritates; Surd. *conſ. 6. n. 7. & per tot.* Quæ tamen Receptio ſpecificè probanda: Surd. *d. conſ 6. n. 17. cum ſeqq.* & quidem per Teſtes, quibus in L. b. exceptio obſtit, quales non ſunt, qui de Mercibus amiſſis parti nt, docet Surd. *d. l. n. & ſeqq.* Et quòd iſta Receptio, inter alia, etiam ex Mercedis moderatione dubia reddatur, eleganter firmat Idem, *ibid. num. 38.* Neque ſufficit, Aurigam promiſiſſe, ſe Merces ſuo periculo transvecturum, *arg. L. 1. §. 35. depos. l. 7. §. 15. de pact.* vel quòd omne periculum, aut periculum & riſicum in ſe receperit, optimè Surd. *d. l. n. 61. cum ſeqq.* Add. Beſold. *in conſ. Tub. p. 3. conſ. 120. n. 14.* Ægid. Boſſius, *in Pr. Cr. tit. de remiſſ. merced. n. 57. & ſeq.* Hieron. Gratus, *l. 2. R. 94. n. 49.* Mangil. *d. Subhaſtat. Q. 139. n.* Pantſchmann. *Qq. l. 1. Q. 6. n. 46. & Q. 7. n. 105.* Rauchbahr. *p. 2. Q. 29. n. 49. pr.* Dn. Lauterb. *de peric. rer. in ſociet. conj. illat. pag. 5. n. 7.* & ad *tit. ff. commod. §. 4. th. 9.* Et ſi omninò caſus fortuitos in ſeſe receperit, quòd tamen de caſu usque adeò inſolito, ut talis intra ſeculum, vel quod alii dicunt, vid. Rauchbahr. *p. 2. Q. 29 n. 18.* intra hominum memoriam, vel, quod dicit Santerna, *d. aſſecur. p 3. n. 87.* intra mille quoque annos, vix ſemel contingat, v. gr. ſi Currus, mercibus onuſtus, exorta Ventorum ſubitâ immanitate, de ponte in flumen præcipitetur, jungat. Struv. *in Dec. Sabbath. c. 14. D. 16.* vel quod publica fides, mercatoribus conceſſa, absque causâ, violetur, ille haud teneatur, eleganter exequitur idem Surdus, *d. l. n. 72.* Jung. denuò Dn. Lauterb. *ad tit. commod. d. §. 4.* ipſis *ibiq.* laudati. Medices, *d. caſ. fort. l. 1. Q. 11. n. 21. & Q. 15. n. 2. & 18.* Gail. *2. O. 23. n. 18.* poſt Anchar. Rip. Menoch. Rauchbahr. *d. l. n. 19.* Mev. *conſ. 1, n. 93.* Sed &, ſi propria Mercatoris culpa caſum præcedat, non obſtante tali Pactô, Aurigâ haud tenebitur. Surd. *ibid. n. 73.* De eo verò: Utrum Auriga per loca hoſtibus infeſta tranſiturus, caſus fortuitos recepiſſe cenſeri queat? videantur, quæ differit laudatus Surd. *eod. conſ. n. 9 & 73.* Cöppen. *Dec. 27. n. 15.* Richter. *Dec. 82. n. 37.* Ægid. Boſſ. *d. l. n. 58.* (4.) dicunt Ddres, quòd, ſi Auriga non ſervet viam à Mercatore ſeu Vecturæ conductore ſibi præſcriptam, vel etiam alia cum ipſo inita Pacta non ſervet, ipſe etiam de caſu fortuito teneatur, tametſi ejus Culpa, eò ipsò commiſſa, quòd Pactis non ſteterit, & vecturæ conductore invitó quid fecerit, ad caſum ſecutum non fuerit ordinata, per *l. 13. §. 1.* ibi: *Si vel invito Domino fecit, &c. ff. locat.* eò quòd ille, qui non facit id, ad quod obligatus eſt, cenſeatur in dolo eſſe, per textus & Auth. alleg. à Surd. *conſ. 12. n. 65. & ſeqq.* ex Crav. Menoch. Rolando à Valle, Farinac. Borcholto, Aldovin. *conſ. 19. n. 18.* Quicquid verò de hoc ſit, an talis Auriga ſit in Dolo nec ne: illud tamen à Doctoribus communiter approbatur, quòd, ſi Auriga

(vel)

(vel quilibet alius Operarum locator, nec non rerum conductor. Jung. Dn. Lauterb. *ad tit. locat. §. 3 th. 8.*) contra pactum contractui appoſitum faciant, & poſteà damnum caſuale ſubſequatur, cui hæc ipſa contraventio occaſionem dedit, ſine quâ iſtud Damnum non fuiſſet ſecutum, illi omnes propterea actione locati rectè conveniantur; optimè Surd. *c. l. n. 31.* Molina, *d. D. 494. n. 4.* Lugo, *de J. & J. D. 29. ſect. 4. n. 65.* Dn. Lauterb. *d. l.* ubi proindè hanc limitationem etiam primæ aggregat, ſi ſcil. culpa caſum præceſſerit; quod & ſcribit P. de Ubald. *tr. de duob. fratr. p. 8. Q. 27. n. 28.*

XXIX. In omnibus verò præmiſſis caſibus Aurigas non ſaltem ad dati Damni refuſionem (de cujus æſtimatione nonnulla habet Mev. *ad Jus L. l. 3. t. 8. art. 16. n. 9.* Et an illa etiam per Juramentum fieri poſſit? Richter. *d. Dec. 141. n. f.* & inprimis Joh. Bapt. Plot. *d. in lit. jurando, §. 49. n. 11.* ubi ita: *Mercator*, inquit, *& omnis alius, qui dederit mulioni, vel nautæ, vel alii rem aliquam, puta Capſam vel Valiſiam conducendam ad locum, puta ad urbem Mediolani, ſi illam non conducat, nec reſtituat, poterit jurare in litem contra ipſum mulionem, nautam vel alium, qui titulo conductionis, vel depoſiti, vel alio quovis titulo receperit apud ſe rem ipſam vehendam; probando ex ipſo ſolo juramento rerum Quantitates & Valorem. Nec crederetur juramento mulionis, nec Nautæ, nec alterius, qui recepit rem ipſam, ſuper amiſſione absq; ejus Dolo & Culpâ factâ. Et eſt communis opinio. Corneus, cons. 318. vol. 4.*) ſed ad plenum intereſſe, ſicque etiam lucri ceſſantis nomine vecturæ conductoribus obſtrictos eſſe, diſpaleſcit ex traditis ſæpè hactenùs laudati Cyriaci, *d. contr. 166. n. 21.* & Surdi, *d. cons. 12. n. 22. 41.*

XXX Sub turbis his bellicis cùm frequenter contingat, ut, dùm induſtrii Patresfamiliâs ſua pretioſiora hoſtili flammæ & Rapinæ ſubducturi, Vectorum Operas, pro immodicâ haud rarò & enormi mercede, conducere cogantur, quare meritò hic quæritur: An adverſus tàm injuſtæ mercedis exactores Querela enormis læſionis obtineat? Rat. dubitandi (1.) illa ſe ſiſtit, quòd illo tempore, propter hominum Vecturâ indigentium multitudinem, & ipſis Vectoribus imminens periculum, merces etiam vectoria haud injuria augeatur; in hâc verò Q. ad tempus contractus reſpici debeat; *L. 4. l. 8. in f. C. d. R. V. l. 3. §. 5. d. Jur fiſc.* & quòd (2.) ille, qui ſciens prudens juſto majorem Vecturam ſolvit, ad querelam læſionis fruſtrà confugiat. arg. *l. 1. §. 5. de injur. l. 27. C. de Evict. l 9. in f. C. de act. emt. l. 43. §. 1. l. 57. §. 2. d. contr. emt. l. 53. de R. J.* Vid. Richter. *Dec. 99 n. 147. & n. 66.* Cz. *2. C. 34. D. 3. & 6.* Sed, his inſuper habitis, nos æquiſſimum hoc remedium, cæteris paribus, ſi ſcil. deductâ periculi ab Hoſtibus, vel à noſtris Militibus, juſtâ æſtimatione, & quæ porrò prudenti Judicis arbitrio hîc committenda, magna Læſio ſuperſit; (imò, cùm frequenter, ex parte Aurigæ, non ſal-

De Reme L. 2. Cod. d. R. V.

tem Læſio negotiativa; ſed ex Dolo, quem vocant, expropoſito intercedat, etiam, ob aliam minorem Læſionem, actionem Locati-C. Vid. Laut. *d. C. E. l. 18.*) haud putamus excludendam: Illam namq; ſcientiam manifeſta neceſſitas Vecturæ conductorum procul dubio retundit, quò minùs hæc ipſis obeſſe poſſit. arg. *l. 18. in f. de adim. leg. c. 9. x. de pr*... Videant, quæ de talibus tradit Merenda, *controv. lib. 1. c. 34. n. 9.* Trentacinq. *l. 3. Reſol. 3. de emt. & vend. n. 9.* poſt Anton. de Burgos, Fabrum, Tiraquellum & all. Harppr. ad *§. f. n. 130. I. de Emt. vend.* Barboſa, ad *l. 2. n. 52. in f. C. de R. V.* Richter. *D. 99. n. 72.* B. Lauterb. *in tr. ſynopt. tit. de R. V. §. 1. ib. 14.*

CAPUT IV.

De Iure Pignoris & Retentionis, Aurigis, vel contra Aurigas competente, nec non de illorum arreſtatione, & Collatione ex æquitate Legis Rhodiæ.

De tacito pignore Aurigis competente.

Aurigas, in rebus ſuo currui vel vehiculo impoſitis, jus legalis ſeu tacitæ hypothecæ habere, autor eſt Bartolus, & Jac. Cujacius, in locis, quos refert idem ſentiens Beutherus, *de jure prælat. credd. p. 1. c. 76* Negutant. *de pignor. mem. 4. p. 2. n. 140.* Merlin. *in ſimili tract. lib. 2. Q. 67. num. 45.* Jul. Caponus, *diſcept. for. 207. n. 39.* ubi dicit, invecta in vehiculum obligari pro mercede, cum prælatione ad omnes alios Creditores anteriores; quod & dicit Beutherus, *cit. loc.* tùm (1.) ex eo, quòd Aurigæ in rebus aliorum transvehendis multum laboris & curæ, interdiu & noctu, ſubire teneantur, ut proindè æquum ſit, ipſis viciſſim, pro ſuâ mercede, hôc modô proſpectum eſſe; tùm quòd, ſecundò, ipſa etiam Reſpûblica ex operis Aurigarum multum commodi percipiat; Beuth. *d. l.* tùmquòd, tertiò, vehiculum inſtar Navis ſe habeat, & conſequenter, ſicut Navis Magiſtro, in mercibus tranſvectis, pro conventâ mercede, non ſaltem Retentio; jungat. Coler. *de proceſſ. exec. lib. 1. c. 2. n. 240. & ſeqq.* Rebuff. *de liter. oblig. art. 4. gloſſ. 2. n. 31.* Marquard. *de jur. mercat. l. 2. c 2. n. 2 & c. 10. n. 37.* Dn. Lauterb. *d. Retent. th. 21.* verum etiam tacita, eaque privilegiaria, hypotheca conceditur: per *l. 6 §. 1. ff. qui pot. in pign. hab.* Peck. ad *l. 2. n. 6. ad L. Rhod. de jact.* Capon. *d. l.* Stracch. *de navib. p. 3. n. 49.* Marquard. *d. tr. l. 2. c. 2. n. 2.* Loccen. *de jur. marit. l. 3. c 4 §. 4.* Menoch. Mareſcott. Pacific. & Mantica, in locis, quos congeſſit Merlin. *d. Q. 67. num. 39.* Jungat. excellentiſs. Dn. Præſes, *in diff. Jur. Comm. & Marchico-Bad. p. 50.* ità etiam idem de Aurigâ, ratione eorum, quæ vehiculo imponuntur, ſentiri debeat, eò quod iſta duo a pari procedant, per *l. 1. §. 7. ff. de vi & vi arm.* Merlin. *d. l.* Idem, poſt Angel. & Dominicum Gait. *d. tr. lib. 3. Q. 5. n. 23.* ubi dicit, Vecturales, pro expenſis in ſolutione gabellæ, nec non aliàs, pro rerum conſervatione factis, tacitum pignus habere. Sed hoc rectiùs negari, vel illud evincit, quòd Jus taci-

tæ

tæ ſeu legalis hypothecæ, quæ locatori prædii urbani in rebus in illud invectis & illatis ſingulariter conceditur, nullâ Lege ad Vehiculum eique impoſitas res porrigatur; pignus verò legale, ne quidem ob Rationis identitatem, à re ad rem extendi poſſit. Ddres ad *L. 1. C. Comm. de leg.* Joh. Franc. Andreol. *controv. 92. n. 7.* [illegible] Irceolus, *de transact. Q. 65. n. 1.* Stypm. *de jur. marit. p. 4. c. 5. n. 20. & ſeqq.* Adde, quòd nec Vehiculum, nec Navis, ceu res maximè mobiles, *d. l. 1. §. 6. & 7. de vi & vi arm.* jure prædii urbani cenſeri poſſint. Tiraquell. *de retr. lignag. gloß. 7. §. 1. num. 90.* Nec obſt. *L. 5. princ. ibi: An quia pignus tenet?* & quæ ibi tradit Gloſſa, *lit. g. ff. ad exhib.* quam nos ex *l. 15. in f. de furt. l. 5. de dot. præl. l. 13. §. 8. de act. emt. l. 22. de H. vend. l. 31. §. 8. de Ædil. Ed.* adeoque de ipſo & ſolo Jure Retentionis explicandam arbitramur. C. J. A. ad *tit. ff. ad exhib. th. 5. in f.* Vid. B. Dn. Lauterbach. *in tr. ſynopt. de leg. hyp. §. 12. n. 8.* Cæterùm diverſum non ſaltem de Navi, Hamburgenſium Statutis, in *p. 2. tit. 5. § 4.* referente Dn. Lauterb. *de jur. in Cur. mercat. uſitat. th. 83.* verùm etiam de vehiculò, Jure Marchico-Badenſi, in *p. 4. tit. 21. §* Fünfftens/ conſtitutum advertit Dn. Præſ. *d. p. 50.*

XXXII. Quamvis autem Aurigis jus taciti pignoris, in rebus ipſorum vehiculo impoſitis, inſpectâ LL. veritate, haud competat; nulli tamen dubitamus, quin ipſis, æquè ac Navis Magiſtro, de quo in *thes. prox. præced.* Jus Retentionis, ſeu facultas, res ſuo vehiculò impoſitas tamdiu retinendi, donec ipſis, pro Expenſis in illas res factis, ut & debitâ mercede ſatisfactum ſit, competat; ad quod Juris Remedium ſæpiſſimè confugiunt, quibus Jus hypothecæ non eſt conſtitutum. Anton. Fab. in *Cod. Sab. l. 8. tit. 11. D. 5. n. 3.* Carpz. *2. C. 25. D. 22. num. 3.* Dn. Lauterb. *de Retent. th. 25.* Andreol. *controv. 297. n. 16.* Atquè ut illi omnes, qui legitimo modò in rem aliquam expenſas ſecerunt, vel, quæ pari cum Impenſis jure hactenùs cenſentur, Gloſſa, ad *L. 36. §. 4. vers. retinebitur. ff. de cond. indeb.* Finckelthaus, *Obs. pr. n. 31.* Trentac. *var. Reſol. lib. 3. de pignor. reſol. 1. vers. primò quod ſcribitur.* ſuas Operas præſtiterunt, rem in quam illæ Expenſæ vel Operæ factæ vel præſtitæ, retinendi licentiam, donec ipſis eo nomine plenariè ſatisfiat, regulariter habent: juxta tradita Coleri, *d. Proc. Exec. p. 1. c. 2. n. 263.* Weſenb. *conſ. 304. n. 101.* Carpz. *d. D. 22.* Cæhi Bicchii, *Dec. 658. n. 28.* Merlin. *Dec. 230. n. 1.* Dn. Lauterb. *d. diſp. th. 20.* Ità idem ad Aurigas, nec non Tabellarios, porrigitur æquiſſime. Bald. ad *l. f. n. 1. C. de commod.* Dn. Lauterb. *d. Diſſ. th. 21.* Joh. Petr. Molignat. *de Jure Retent. Q. 47. & Q. 329.* ubi etiam adverſus ſtudioſos hoc porrigit. Mev. ad *Jus Lub. p. 3. tit. 8. art. 11. n. 7.* Vinc. Caroc. *d. locato & cond. p. 2. cap. 65. n. 3.* poſt Coler. & Rebuff. Marquard. *d. Jur. Mercat. l. 2. c. 10. n. 37.* poſt Althus. Heeſer, *d. acquæſt. conjug. p. 2. L. 14. num. 262.* Quia tamen, ut in prox. præcedd. notavimus,

De Jure Retentionis.

mus, noſtræ LL. Aurigis jus taciti pignoris haud leguntur conceſſiſſe; quare ſatis hinc liquet, quòd, ſi alii Creditores hypothecarii, multoque magis alii adhuc pinguius Jus habentes, cum Aurigà concurrant, Jus Retentionis nihil ei præſidii parere poſſit: cùm certum ſit, ſolam Retentionem nullum prælationis privilegium tribuere; Sed illos, qui potius & fortius Jus habent, rem retinenti eam avocare poſſe; eleg. Carpz. *Dec. 66. inprimis n. 22.* poſt Perez. & Struv. Dn. Lauterbach. *d. D. th. 25. in f.*

De Prælatione in concurſu Crdietorum. XXXIII. Si Auriga domeſtico & mercenario Famulorum miniſteriò, gebrdeter Fuhrknechte/ fuerit uſus, &, ob magnitudinem ab ipſo conflati æris alieni, Concurſus Creditorum, ipsò vivò vel defunctò, inſtituatur, nihil dubii ſubeſt, quin tales Famuli, vi univerſalis (quod dicit Mev. ad *J. L. lib. 3. tit. 1. art. 11. n. 59.* Hahn. Philippi, C. J. A. in locis notatis à Goswino ab Esbach. ad *Carpz. p. 1. C. 28. D. 24.* Vide tamen Beuther. *de prælat. Cred. l. 2. c. 11.*) in totâ Germaniâ, & quidem æquiſſimè, juxta tradita Mev. *d. l. n. 58.* Manzii, *in conflictu Credit. int. ſe, p. 1. Q. 1. n. 17. & 18.* Amator. Rodriquez. *d. privil. Cred. p. 1. art. 3. n. 21.* Add. Lugo *d. J. & J. D. 2. ſect. 5. num. 87.* Leſſius, *l. 2. c. 15. D. 4. n. 35.* Felician. de Solis, *de cenſib. tom. 2. l. 3. n. 11.* receptæ Conſuetudinis, ratione Mercedis, ſeu ab uno, ſeu pluribus annis ſibi debitæ, jung. omninò Hartm. Piſtor. *p. 1. Q. 8. n. 4. & 5.* Carpz. *p. 1. C. 28. D. 24. n. 6. & ſeqq.* Richter. *d. privil. Cred. c. 2. membr. 3. n. 15.* vide tamen Wibel. *de jure prælat. cred. pag. 19.* Beuther. *d. tr. p. 1. c. 20.* ad primam Creditorum Claſſem referendi ſint, per ea, quæ paſſim de domeſtici Famulitii mercede traduntur. Conf. inprim. Carpz. Mev. & B. Wibelius, *dd. locis.* Dn. Præſes, *in differ. Jur. Marchico-Bad. pag. 47. & ſeqq. ibiq;* laudati. Et inprimis huc faciunt, quæ de famulo rhedario, einem Kutſcher / den einer von Adel oder jemand anderer zu ſeinen aignen Pferdten gemiethet hat / tradit Berlich. *1. concl. 64. n. 70.* Dn. Wibel. *d. l. p. 21.* Carpz. *d. C. 28. D. 25.* ibi: Als da ſeyn Kutſcher. Richt. *d. membr. 3. n. 12.* Brunnem. *in repetit. paratitl. Weſembec. Q. 4. ff. de privil. Credd.* Struv. *Ex. ad ff. 44. th. 45.* Addant. quæ habet Dn. Stryk. *de Jur. Navium, cap. 4. n. 26.*

De eodem. Quàm certum verò eſt id, quod modò notavimus, tàm certum econtrà & illud habendum, quòd ipſi Rhedarii & Aurigæ conductitii, Mieth-Kutſcher oder Fuhrleuth/ qui in ædibus Debitoris, cui ipſi ſuas operas vecturales præſtitere, ejusdemque convictu & Familiâ haud fuere, (quidquid dicat Beuther. *d. tr. lib. 1. cap. 76.* & Melon. *in lucubr. de præl. Credd. p. 2. rubr.* Neunte Stell. *n. 65. cum ſqq.* ubi omnibus Aurigis privilegiariam hypothecam tranſcribunt) illâ prærogativâ haudquaquam fruantur; ſed ad ultimam Creditorum Claſſem pertineant. Carpz. *d. C. 28. D. 25.* ibi: Als da ſeyn Mieth-Kutſcher. Berlich. *d. l. n. 73.* Wibel. *d. l. pag. 21.* Richter. *d. membr. 3. n. 19.* Niſi tamen diverſum ex tenore Statutarii Locorum Juris evinci poſſit. Vid.

C. J. A.

C. J. A. *tit. de reb. autor. jud. poſſid. th. 32. n. 20.* & quæ habet Wehnerus, *in Obſ. pract. voc.* Liedlohn.

XXXIV. Si quis Aurigæ, ad comparandum, vel reparandum Currum vel Carrum, pecuniam nominatim mutuam dederit, & Vehiculum exinde actualiter comparatum vel reparatum, eo tempore, quo concurſus Creditorum ejus excitatur, adhuc in ejus bonis extet, utrum tali Creditori jus tacitæ hypothecæ cum jure prælationis conjunctum competat? ex illis, quæ Juris noſtri Anteſignani, ſuper illis Quæſtionibus: Utrum tacitum pignus, ratione pecuniæ in reſtitutionem Ædificii creditæ, generaliter ad omnes, qui in alias quoque res vel reficiendas, vel conſervandas, itemque ad illos, qui ad res comparandas ſeu emendas pecuniam crediderunt, extendi debeat? maximè in dubium vocari poteſt, per *L. 1. in quib. cauſ. pign. tac. contr. l. 5. & 6. qui pot. in pign. Nov. 97. c. 3.* & *Auth. Quo Jure. C. qui pot. in pignor.* Videat. omninò Neguſant *d. pignor. membr. 4. p. 2. n. 102.* Molina, *de J. & J. D. 536. n. 13.* & *D. 438. n. 7.* Rodriquez, *d. conc. Cr. l. 2. t. 5. §. 28. & ſeqq.* Vanderan. *de privil. Cr. c. 8.* Anton. à Mara, *de conc. credd. l. 2. t. 5. §. 28. & ſeqq.* ubi latè hæc adſtruit. Jul. Capon. *diſcept. for. 207. n. 15.* Mev. *p. 5. D. 14.* Ant. Faber, *conject. l. 8. c. 11.* Mercurial. Merlin. *de pignor. 3. Q. 3. n. 1. cum ſeqq.* & *Q. 23 num. 6.* Addat. etiam Michaël Beuther. *de prælat. credd. cap. 20. pag. nob. 67.* in verbis: *Qui naulum; merces & Vecturas rerum præſtat.* Sed hæc omnia invitâ dici Juriſprudentiâ, tùm ex ſupra jam notato immoto Juris principio pateſcit, quòd in genere nemini tacita hypotheca abſque Legis expreſſâ diſpoſitione adſcribenda ſit, per *l. 1. C. comm. de legat.* Joh. à Sande, *decc. Friſ. l. 3. t. 12. D. 1.* adeò, ut nec mille Doctorum numerus, nec Gloſſarum Autoritas, ſine Lege, hîc ſufficiat; Nogueroll. *allegat. 1. n. 5.* Seraph. Maſſim. *de confiſcat. Q. 39. n. 83.* Salgado de Somoza, *in Labyr. Credd. p. 1. c. 20. n. 39.* Joſ. Urceolus, *conſult. for. 69. n. 2.* junctâ *L. 14.* & *l. 19. ff. de LL.* tùm in illis, qui pecuniam, ad Vehiculum comparandum, mutuam dederunt, optimè evincitur ex *l. 17. C. de pignor.* ubi hancce ſententiam, quòd illis Creditoribus, qui ad rem comparandam pecuniam crediderunt, nullum, niſi expreſſè de hoc ſibi proſpexerint, Jus pignoris competat, Brunnemannus, cum aliis, communiùs receptam dicit. Addat. *L. 7. C. qui pot. in pign.* Anton. Faber, *in C. Sab. lib. 8. t. 8. D. 12.* poſt. Franc. Urſell. Givellam, Seraphin. & all. Capon. *d. l. n. 42.* Jul. à Beyma, Vinn. Gudelin. Stipmann. Merlin. Bachov. & alii, apud Dn. Lauterb. *de tac. hypoth. p. 84. & ſeqq.* Ad dictam *L. 5. & 6. qui pot. in pign. & N. 97. c. 3.* confer. Bachov. ad Tr. *v. 2. D. 1. th. 4. lit. E.* poſt plures Lauterb. *d. p. 84.* Add. Carpz. *1. C. 28. D. 107.* Struv. *Ex. 26. th. 14.* poſt Frantzk. Zœſ. & all. Bruquem. ad *l. 1. n. 2. in quib. cauſ. P. tac. contr.* Dn. Lauterb. *de privil. Cred. perſonali ſimplici, thes. 29.*

XXXV.

XXXV. Cùm certi ſit juris, regulariter quemcunque, & cujuſque Debitorem, quâcunque legitimâ ex cauſâ, arreſto detineri & ſiſti poſſe, teſte Manſuerio, *in ſuâ Praxi, tit. de Execut. & ſubbaſtat. circa init.* Petr Peckius, *de jure ſiſtendi, cap. 4. n. 1.* Quapropter tantò minus de eo dubitandum, quia, ſi Aurigæ vectigal haud ſolvant, etiam contra ipſos via executiva & detentio permittatur, ex Caſtrenſi & Baldo Peck, *d. c. 4. n. 22.* De eo verò: Utrum Aurigæ, pro alendâ Republ. Frumentum vehentes, Repreſſaliarum, vel proprii Debiti prætextu, arreſtari queant? videat. poſt Bald. & Joh. de Platea, Sebaſt. Nævius, ad *L. nullum. 1. n. 2. Cod. d. navicular (11.1)*

De collatione ex L. Rhod.

XXXVI. Auriga quidam Merces in Galliam transportat, &, ex quo comperit, Regem Galliarum, certis ex cauſis, merces Baſileenſium auferre velle, à Dominis Mercium requiſitus, unius duntaxat, quò Regiis Officialibus in mercium Dominos accuratiùs inquirendi anſam præcidat, eosque ſecuros reddat, merces manifeſtat, reliquis cautè occultatis. Hic quòd amiſſarum mercium Dominus, contra reliquos Mercatores Baſileenſes, qui per illud aſtutum Aurigæ commentum & concivis ſui damnum, merces ſuas ſalvas habent, & credibiliter, ſi & ipſi adfuiſſent, hanc jacturam facere maluiſſent, quàm univerſis ſuis mercibus privari, ad contributionem, ſubſidiariâ in factum actione, arg. *L. 21.* ubi Ant. Fab., *in rational. d.* N G. junctis iis, quæ diſſerit Klock. *de contrib. c. 17. n. 337.* Dn. Lauterb. *de æquit. & extenſ. L. Rhodiæ, th. 45.* agere poſſit, æquiſſima ſententia & mens Legis Rhodiæ modis omnibus ſuadet, & in terminis docet Paulus de Caſtro, ad *l. 1. de L. Rhod.* & *conſ. 220* Dn. Lauterb. *d. l. th. 10.*

De eodem.

XXXVII. Si verò mercium importatio & exportatio publicâ Lege prohibita, & Regis Miniſtri ſimili calliditate ab Aurigâ circumventi eſſent, tunc quidem illos, quorum merces occultatæ & ſalvatæ fuerunt, Domino Mercium amiſſarum ad collationem nihilominus teneri, autor eſt Straccha; *de navig. §. ſed nec eſt. pag. nob. 274.* Sed rectè hoc nomine reprehenditur à B. Dn. Lauterbach. *d. diſſ. th. 11.* eò quod utique Dominus Mercium Fiſco vindicatarum ſuâ culpâ damnum ſentiat, ac propterea nullum damnum ſentire videatur, & ſecundò, tàm Auriga (ceu fraudis benè conſcius, & propterea & ipſe, ratione ſui plauſtri, periculo confiſcationis obnoxius, per *L. 11. §. 1. ff. de publican.* Dn. Martini, *de mercibus illicitis, ſeu Contrabandis, cap. 5. §. 15.*) quàm cæterarum Mercium Domini à dicto confiſcationis periculo nondum immunes ſint; arg. *l. 11. §. 2. ff. ad L. Aquil.* ſic, ut proindè requiſita L. Rhodiæ evidenter hìc deficiant. Add. arg. *L. 1. §. 14 de tut. & rat diſtrah. L. 38. de adm. tut.* & plura talia apud ſæpè laudatum, ſed nunquàm ſatis laudandum Dn. Lauterbach. *d. th. 11.*

De eodem.

XXXVIII. Duo vel plures Civitatis plauſtrarii, dùm, angarias præſtando, (in einer Frohnfuhr) illius Archivum, vaſa item argentea, & paratam pecuniam, majoris, ob imminens ab Hoſte periculum, ſecuritatis ergò, Ratisbonam transportant, ſuos equos & vehiculum incurſu prædantium Militum amiſerunt, hìc ſane, tametſi B. Bocerus, & ipſos ex laudatæ Legis Rhodiæ æquitate adjuvandos exiſtimet; *in tr. de regal. cap. 3. n. 249.* nobis tamen judicibus ex iſtâ Lege contra ſuos concives fruſtrà experientur: eò quòd Damnum ab ipſis acceptum non eum in finem, ut ſuorum concivium facultates ſeu res per illud ſervarentur, & commune periculum averteretur, acceptum fuerit. Jungat. *L. 2. §. 3. de L. Rhod.* Dn Lauterbach. *d. diſſ. th. 38.* Utrum verò Aurigæ illi aliis remediis, ad hujus Damni refuſionem, agere poſſint? de eo conferri poteſt Bocer. *d. l.* Chriſtinæus, *vol. 5. Dec. Belg. 63. n. 10.*

T A N T U M.

SOLI DEO GLORIA

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN